


~~J. C. Böhl · [illegible] D. 15~~

~~102. 0. 77~~ 112

CHRISTOPHORI THEOPHILI DE MVRR

MEMORABILIA

BIBLIOTHECARVM

PVBLICARVM

NORIMBERGENSIVM

ET

VNIVERSITATIS ALTDORFINAE.



PARS II.

CVM XIV TABVLIS AENEIS.



NORIMBERGAE,
SVMTIBVS IOHANNIS HOESCHII.
M. DCC. LXXXVIII.

NOBILISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE

DOMINO

CAROLO COMITI STANHOPE

SENATVS MAGNAE BRITANNIAE ORNAMENTO,

PATERNARVM VIRTVTVM
EX ASSE HEREDI, PROPAGATORI,
SCIENTIARVM MATHEMATICARVM
ET PHYSICARVM
REIQVE LITTERARIAE
SOLLERTISSIMO VINDICI


D. D. D.
AVCTOR.



II.

BIBLIOTHECA DILHERRIANA.

IN AEDIBVS PAROCHIALIBVS SEBALDINIS.





II. BIBLIOTHECA DILHERRIANA.

Magni nominis uir, *Iohannes Michael Dilherrus*, Antiſtes Sebaldinus, teſtamento legauit ſuam Bibliothecam Capitulo Sebaldino. Translata fuit A. 1669 in aedes parochiales Capituli iſta Bibliotheca, cuius curam nunc egregie habet Reu. Collegii Sebaldini Senior, Dom. Martinus Kohlmannus.

Manuſcripta.

In Membrana.

Codex rabbinicus ſpiſſus, ſplendidus litteris deauratis pictiſque. In fol. max. Folia tribus columnis ſunt ſcripta. Continet Rabbi Moſis Maimonidis († a. 1205 uel 1227) יָד חֲזָקָה *Jad chaſaka* (i. e. Manus fortis, ex alluſione ad Deuteron. XXXIV, uerſ. ult.) qui liber celeberrimus et praeſtantiſſimus etiam uocatur *Repetitio Legis.* Eſt enim compendium totius Talmudis, ſermone puro et eleganti ſcriptum. *) Scriba Codicis, Simcha, uſus eſt litteris rab-

 binicis,

*) Alter praeſtantiſſimus Maimonidis liber eſt More Neuochim, ſ. *Doctor perplexorum.* Scripſit illum Auctor arabice; poſtea translatus eſt hebraice. Scripta huius celeberrimi uiri, et egregii Iudaeorum philoſophi a puero in oculis ſinuque ſemper geſſit magnus philoſophus (tertius dicendus Moſes) Mendelsſohnius, die 4 Ianuarii anni 1786 fato praematuro Sapientiae cultoribus ereptus.

binicis, lectu aliquantulum difficilioribus. In Italia potius, quam in Germania, ſcriptus fuiſſe uidetur iſte codex ſatis uetuſtus.

Commentarius, qui adeſt, uidetur eſſe R. Meir Rotenburgenſis, mortui A. C. 1305. Vid. Wolfii Bibl. hebr. Vol. I, pag. 754, 847 et 853, et Vol. III, pag. 669 et 677.

Poſt Librorum Tractatuumque Indicem exhibentur:

Liber I ספר המדע *Liber de Scientia.* Habet הלכות ſ. Tractatus, quinque.

Liber II. ס' אהבא *Liber de Amore.* Habet Tractatus ſex.

Liber III. ס' זמנים *Liber de Temporibus.* Habet Tractatus decem. Libri tertii Tractatus octauus קדוש החודש *de conſecratione Nouilunii,* ab initio habet uocem סֵפֶר (*Liber*) elegantiſſime pictam et deauratam, id quod etiam ſub initium Libri XI et XII conſpicitur. In hocce Libro tertio aliquot Tractatus tranſpoſiti ſunt, ita ut poſt Tractatum 9 et 10 apud *Wolf.* ſequantur demum tract. 7 et 8.

Librum III excipit in noſtro Codice Liber V. קדושה *de Sanctitate.* Habet tractatus tres.

Sequitur Liber IV. נשים *de Mulieribus.* Continet tr. quinque.

Deinde Liber VI הפלאה *de Separatione,* legitur. Habet Tractatus quatuor.

Deficit in iſto Codice Liber VII, VIII, IX, et X.

Poſt Librum ſextum legitur undecimus, נזיקין *de Damnis,* tractatuum quinque. Vndecimum excipiunt תשוב ות מנזיקין ſ. *Poenitentiae damnoſorum.*

Se-

Sequitur Liber XII. קנ״ין *de Possessionibus, et Adquisitionibus*, Tractatuum V. Scriptum est קנ״ין pro קנין

Hunc librum excipiunt תשובות שלספר קנ״ין *Expiationes s. Poenitentiae ad Librum de Possessionibus pertinentes.*

Liber XIII. משפטים *de Iudiciis*, Tractatuum 5.

Post hunc demum Librum legitur Libri septimi, זרעים *de Seminibus*, Tractatus septimus שמטה ויובל *de anno septimo et Iubilaeo.*

Sequuntur iterum תשובות s. *Resipiscentiae.*

Liber XIV et ultimus שופטים *de Iudicibus.* Continet Tractatus quinque. Hunc iterum excipiunt תשובות.

Gustauus Peringer Caput undecimum (quod de Messia agit) Tractatus quinti מלכים ומלחמותיהם *de regibus et bellis* Libri XIV ex duobus exemplaribus Venetis 1550 et 1574, fol. et e MS. Codice Bibliothecae Regiae Vpsaliensis, ut et e nostro Dilherriano, recensuit, atque Latinitate donatum, notisque auctum edidit Vpsaliae, 1692. 8. Multa enim in editionibus hisce Aloisii Bragadini resecta sunt, quae in isto Codice Dilherriano leui uerborum mutatione uel additione plenius expressa habentur. Talia iam adnotarunt *Wagenseil* ad Tela ignea Satanae p. 568 et 611 ut et *Ioh. Wülferus* ad Theriacam Iudaicam, pag. 137, 205 et 241. In primis pag. 39 animaduertit, in nostro Codice Cap. XI *Melachim*, expresse addita esse uerba post uocabulum ישו (ita scribunt Iudaei nomen Iesu, pro ישוע) ימח שמו וזכרו *deleatur nomen eius et memoria eius*, *) quae etiam in Codice Regio

 gio

*) Addit tamen Wülferus: *Quamuis nec hoc diffiteri uelim, ab alio potius,*

gio Vpſalienſi leguntur, teſte *Peringero*, pag. 11. Haecce uerba in editis exemplaribus omiſſa ſunt. Quod attinet adnotationes Maimonideae, ſiue הגהות מימוניות alii tribuunt ipſi Maimonidae, a diſcipulo quodam collectas, alii R. Meir Rotenburgenſi. Vid. Wolf. Bibl. hebr. Vol. II, pag. 1288. Huic etiam adſcribuntur in pulcherrima editione huius Operis Amſtel. 1702. fol. Adduxit locum e Scholiis iſtis Wülferus, Ther. iud. p. 240.

Exſtat Liber IV, V, et VI huius Operis inter Codices Biblioth. Ebnerianae, in fol. num. 122, quem Codicem contulit Celeb. Nagelius cum editione Veneta 1574, in diſſ. de tribus Codicibus MSS. hebraicis Ebnerianis, Altdorfii, 1749. 4. §. XVIII.

Vltimum huius Codicis Dilherriani folium continet formulam finalem; partem auerſam litteris grandiſſimis hebraicis ſequens implet inſcriptio:

אני הסופר שמחה (* ב'ר שמרי ז'ל כתבתי
זה המיימון (** ל'ה'ה'ר קלונימוס (*** ב'ה'ה'ר יוסף
ז'ל

potius, quam ab ipſo Maimonide, adiectum mihi id uideri, quam coniecturam multum auget accuratiſſimus Codex MS. Maimonidis, eiuſque Verſio MS. arabica, quam Cl. Pocockius, cum aliis Codicibus rariſſimis, ex Oriente quondam attulit, in quibus ipſis nullum eius rei apparet indicium. Vid. notae Pocockii in Portam Moſis, p. 344.

*) Hoc nomen in catalogo τῶν סופרים in Wolfii Biblioth. hebr. Vol. II, p. 537, et Vol. IV, p. 227 non reperitur.

**) in margine legitur עם ההגהות *cum adnotationibus.*

***) Occurrit ap. Wolf. Bibl. hebr. Vol. III, p. 969 R. *Kalonymus,* diſci-

ז'ל יחי רצין שיזכה להגות בוהוא הוא וזרעו וזרע
זרעו עד עולם עד שיעלה החמור בסולם

Translationem humanitati Cel. Domini Nagelii debeo acceptam.

Ego Scriba Simcha filius Rabbi Simri felicis memoriae scripsi hunc Maimonidem sapienti magno Rabbino Kalonymo filio sapientis magni Rabbini Iosephi felicis memoriae. Sit gratia (Dei) *ut mereatur legere in eo ipse et proles eius, et semen prolis eius in saeculum,* (perpetuo) *donec adscendat asinus scalam.*

*

Necrologium Sebaldinum; s. *Liber mortuorum.* In fol. max.

Est Liber memorialis Sebaldinus Benefactorum, sub finem Saeculi XIV inchoatus, et continuatus a diuersis manibus usque ad a. 1526. 30 foliorum.

Fol. 2. *Octaua Sancti Stephani.*

Illo die peragitur anniuersarius dicti Osterman et uxoris eius. De quibus dabit magister fabrice plebano. ij solidi et unicuique sociorum. ac uicariorum magistro et edituo I. solidus Magister fabrice dabit fündelkinden I. lib. hel.

Octaua iohannis ewangeliste.

Anniuersarius Berchtoldi Irher. Elizabeth uxoris sue dabit filia sua animanti plebano Sociis uicario et Magistro edituo

discipulus Maimonidis, et pag. 970 R. *Kalonymus* ex familia Kalonymorum, Mantuanus, Saec. XIII. Vol. II, p. 540 commemoratur *Ioseph* filius *Kalonymi*, punctator, qui operam praestitit Codici Biblico Vratislauiensi, Saeculo XIII.

edituo Vnicuique unam menſuram uini et ſimilam (i. e. *eine Semmel*).

Fol. 5. Item ſexta feria poſt Eſto mihi Anniuerſarius magiſtri Alberti flayſchman quoniam hic longis temporibus commendatur plebanis dabit magiſter fabrice plebano ij ſs. Sociis magiſtro edituo et uicariis preſentibus cuilibet j. ſolidum. Jtem der kirchenmaiſter ſchol aufpraiten laſſen einen thebich iiij ſtabkertzen Ein opferlicht de media libra Jſte Cappellanus eiuſdem uicarie dabit etiam iij lib. ſicut magiſter fabrice propter domum ſibi emptam ut patet in litera ipſius.

Fol. 10. Item Anno Dni M CCCC LX° Beſſarion miſeracione Diuina epiſcopus Tuſculanus ſacroſancte Romane eccleſie cardinalis Niceni et apoſtolice ſedis legatus celebrauit feſtum dedicationis chori ſancte Katherine etc.

A. 1442.

Fol. 29. In Capitulo facta eſt conſtitutio talis Quidquid datur alicui ſociorum ab intronifacione puerperarum uel ſponſarum ſeu peregrinorum, aut aminiſtracione ſacramentorum, uel racione actus ſacerdotalis cuiuſcumque, totum cedit capitulo.

Quidquid in parochia datur uel legatur alicui ſocio, in ſuperpelliceo uel in pallio aliquem actum facienti, totum cedit ad communitatem burſe.

Item quidquid infirma perſona tempore infirmitatis dederit confeſſori ſuo totum cedit ad burſam.

Eciam addatur qui non ſit confeſſor, dum tamen ſit capitularis, quidquid legatum uel datum fuerit, totum cedit capitulo, ſi perſona iſta moritur.

Siqua

Siqua perſona comparauerit ab aliquo ſociorum triginta miſſas continuas, de quibus det aliquod ſallarium, illud eciam cedit ad burſam, et ſocii miſſas illas inter ſe pariter complebunt. *Etc.*

Ordo choralium.

Miſſis completis debent intendere ad experiendos labores et miniſteria domus Menſe preparatos et eorum que ad menſam pertinent Miniſtratio altaris in publica miſſa Predicatoris reſpectus oportunus et reliqua pro tempore oportuna. Debebunt autem Domini qui pro uino mittere nolunt, hoc cum aliquo ipſorum diſponere ante eleuacionem publice miſſe alioquin poſtea non tenentur diſcurrere in menſas reſpuere et ſtare pro cena ante incepcionem completorii.

In Quarto.

Codex graecus, circumciſura deaurata, foliorum 52; Saec. XV pulchre ſcriptus, et ineditus.

Πληθωνος αντιφρασις προς τον σχωλαριον ὑπ των πλατωνικων.

Gemiſti Plethonis Refutatio ad Scholarium pro Platonicis.

Επει το βιβλιον, των κατ' αριστοτελους, βλασφημιων, και εις ἡμας οψε περιηλθεν: εγω μεν ουχ οψε ὡσγε συ φης, αλλ' ὁτε το πρωτον ητηθην, ευθυς επεμψα. συ δε την δε σου την συγγραφην, παλαι γε συγγεγραφως, και πεμπειν κελευομενος, πολλακις τε τουτο κελευομενος, τεως μεν, ουκ επεμπες, τελευτων δε επει εκαμνες. επει τῳ μη πεμπειν καταγελωμενος, επεμψας μεν, ουδ' ὁυτως. Εφασκες γε μην πεπομφεναι ψευδομενος, προς γαρ τοις αλλοις σοι κακοις, και το ψευδος προχειροτατον. και νυν ἡκενως ἡμας ταυτι τα καλα συγγραμματα, ου σου πεμψαντος, αλλα τινων

εκκλεψαντων, των δι' διαν αγγινοιαν κατεγνωκοτων. ἡκε δ' ουδ' ὁλοκληρα αλλα και τα ελθοντα ἱκανα εμφηναι σου ἡμιν αμαθιαν, και της διανοι το σαθρον. και τοι ει μεν εθαρσεις σου τη συγγραφη, τι ουκ'επεμπες, ου δε μη εθαρρεις, τι συνεγραφες. εφ' ὁις εμελλες γελωτα, παρα γε τοις νουν εχουσιν οφλησειν. τι δε και πεπομφεναι εψευδου ου πεπομφως. και ταυτει προς ὁυς ἡκιστα σε εχρην ψευδεσθαι, ουδ' ηχυνου μελλων αυτικει αν ρᾳστει ἁλωσεσθαι ψευδομενος. etc.

Adductis uerbis Georgii Scholarii, poſtea Gennadii II, Patriarchae Conſtantinopolitani, († 1460) refutare eum conatur Georgius Gemiſtus Pletho. Scripſerat enim Gemiſtus Pletho libellum *de iis, in quibus Ariſtoteli cum Platone non conuenit, et quod potior ſit Platonis ſententia*, graece excuſum Venetiis, 1540. 8. apud Scotum. Ei Georgius Scholarius oppoſuit Αντιληψεις ὑπερ Αριστοτελους ſ. *Obiectiones pro Ariſtotele.* Cui ultimo libello hunc, quem Bibliotheca Sebaldina ſeruat, librum, uiciſſim oppoſuit Georgius Gemiſtus Pletho. *) Idem Codex, ſed imperfectus, adſeruari dicitur Geſnero Bononiae apud S. Saluatorem. Conf. Lambecii Prodromu Hiſtoriae litterariae, Lib. II, c. 31, pag. 275 ſeq. Alii huius libelli MSS. ſunt in Bibliothecis Altempſiana, Auguſtana, Pariſienſi, Caeſarea **), Ambroſiana Mediolani, Veneta, et Hamburgenſi, in qua Fabricii libri adſeruantur, qui et huncce noſtrum libellum et Scholarii αντιληψεις poſſidebat. ***) Gemiſtus iſte, ſeu Plethon, Conſtantinopolitanus, habitus eſt philoſophus,

*) Vid. Biblioth. Geſnerianae Simleri, pag. 227.

**) Lambec. Vol. VII, p. 162, Reimmanni Recenſ. ſpecial. pag. 550, 551.

***) Biblioth. gr. Vol. X, pag. 746 ſeq. et pag. 781.

ſophus excellentiſſimus, cognomenque Plethonis accepit, quaſi Platonis, eo quod Platoni Philoſophorum principi maxime accederet. Beſſarion Cardinalis ualde illi (praeceptori ſuo) fauebat, defendebatque in epiſtola, ad Michaelem Apoſtolium ſcripta Anno 1462, quam primum edidit Ludouicus Boivin in *Memoires de l'Academie Royale des Inſcriptions et Belles Lettres* P. II, pag. 351: in edit. à la Haye, chez Pierre Goſſe. 1724. 12 mai. Tomo II, pag. 456 ſeq.

Auguſtinus Steuchus Eugubinus, in opere ſuo immortali, de perenni Philoſophia *), adfert hunc locum, qui in noſtro Codice fol. 4 b legitur: Εφιλοσοφησετε ουκ ιδιαν ἑαυτου φιλοσοφιαν τιμων, αλλα την απο ζωροαστρου δια των πυθαγορειων ες ἑαυτον κατεληλυθυιαν. πυθαγοραν γαρ τοις απο ζωροαστρου συγγεγονοτα εν τη ασια μαγοις, ταυτην την φιλοσοφιαν μετελθειν. ὁν δε ζωροαστρην ἱστορουσιν, αλλειτε και πλουταρχος, πεντακισχιλιοις των τρωϊκων γεγονεναι ετεσι πρεσβυτερον. Ει τῳ δε τουτο ου πιστον, αλλ' ουν παλαιοτατον αν ειη των ὁλως ονομαζομενων σοφων τε και νομοθετων. πλην μινος του αιγυπτιου νομοθετου τουτου του σοφου. **) Εδεξαντο δε και αιγυπτιων ὁι ἱερεις μαλιστα, τα ζωροαστρου τουτου δογματα. Και ευδοκιμουν καταγεδη τα δογματα. ***)

Fol.

*) Baſil. 1542. 4. Libro I, cap. 25; Operum Pariſiis, 1577 fol. editorum Tomo III, fol. 24.

**) Haecce uerba non erant in Codice, quo uſus eſt Steuchus Eugubinus.

***) Plethonis Commentarii in oracula magica Zoroaſtris editi ſunt gr. et lat. ſtudio Ioh. Opſopoei, Pariſiis, 1599. 8.

Fol. 6 b noſtri Codicis legitur: εντευθεν αρχονται οι περι της ου δημιουργιας του θεου κατα αριστοτελους ελεγχοι.

Οτι μεν ουν της κινησεως τελος αυτον τιθεται, αληθως λεγει ὁ πληθων etc.

Fol, 32. Περι του εσχατου τελους.

Fol. 36. Περι ουρανου και αστρων.

Fol. 38. Περι της του ἡλιου ἁλεας.

Fol. 39. Περι του ὁυ ἑνεκα.

Fol. 41 b. Περι ειμαρμενης; ſ. de Fato. *) *Incipit*: Και μεν δη και την τυχην, της γε θειας προνοιας αλλοτριων, δηλος εστιν etc.

Fol. 47 legitur: Πληθωνος του σοφωτατου, μονῳδια επι τη αοιδιμῳ βασιλιδι κλεοπη. Plethonis ſapientiſſimi Monodia in celebrem Imperatricem Cleopem. Tractat de animae immortalitate. Incipit:

Σολων μεν ὁ σοφος, προς τους σφισι τε αυτοις, και των αλλων ανθρωπων τοις πολλοις μακαριους δοκουντας, το του βιου τερμα ὁραν διεκελευετο etc.

Breuiarii pars, cum Calendario; litteris et iconibus inauratis. Saeculi XIII.

In Octauo.

Breuiarii pars aeſtiualis diuerſarum manuum. In 8 mai. Saec. XIV et XV.

Calen-

*) Differt a Plethonis συγγραμματιῳ περι Ειμαρμενης. ſ. Libello de Fato, edito ab Hermanno Samuele Reimaro, Lugd. Bat. 1722. 8. cum Beſſarionis epiſtola ad Georg. Gemiſtum Plethonem.

Calendarium, ſcriptum 1496. *Explicit Kalendarium Reuerendi magiſtri Iohannis de Gmünd compoſitum in alma uniuerſitate Wienn. anno dni 1439.* Sequitur nota: *Et ſic eſt finis per me Auguſtus Deiſpach 1452* Vid. Weidleri hiſt. aſtron. p. 293.

Prima dies uene moderacio ſit tibi cene
Altera leta dies tertia ſit tota quies
Quarta petit balneum ueneremque quinta requirit.
Sequitur nota *de circulo ſolari.*

Nota ſigna
Hec ſunt ſigna poli que ſepe ſunt uia poli
Eſt aries thaurus etc.

Liber ſpiſſus precum germanicarum. *Iacobi Hubner bey der Wag.* Saeculi XV.

In 24.

Homeri Batrachomyomachia. Graece cum uerſione latina. Deſcriptus eſt textus graecus ex Editione Aldina 1504. 8. *Iodocus* ΙώναΣ ſcripſit anno α φ ι β. (1512).

Codices chartacei.

In Folio.

Verſchiedene Bedenken Oſianders, Melanchthons, Bertius. Saeculi XVI. Plurima iam typis exſcripta ſunt.

Newe vnd zuvor vnerhörte doch warhafte Auslegung der H. Offenbarung Johannis. 1629, menſe Iulio.

In Quarto.

Liber Phonaſcorum cum tonis. 1536. ſcr. Hanns Sachs.

Varia

Varia Collegia b. I. M. Dilherri, Ienae habita.

Eiuſdem Concionum ab A. 1648 uſque ad annum 1660 habitarum Epitomae.

Der Pſalm Dixit dnus Deo meo. *Czu deutſch vnnd außgelegt. Nach der hebreiſchen lectur* etc. Saec. XV.

Scholia in Ethicam Ariſtotelis a D. Andrea Hyperio in gratiam et utilitatem diſcipulorum congeſta A. D. 1555.

Philippi Caroli Bibliotheca Romana, ſiue inſigniorum ſcriptor. claſſicor. et criticor. recenſio.

Eiuſdem Animaduerſiones in Gellium.

P. Oſwaldi Coſchani S. I. Commentarius in organum Ariſtotelis, et uniuerſam dialecticam peripateticam, exceptus a F. Eraſmo Behem, Bambergenſi, Profeſſo Langheimenſi, A. 1614.

Inſtitutiones phyſicae praelectae a Dom. Dan. Stehlio, Log. et Phil. in Vniuerſitate Salana Prof. 1641.

In Locos theologicos Dni Philippi Melanchthonis. 1606. 2 Vol.

In Octauo.

Varia Collectanea concionatoria. Saec. XV. Spiſſus liber.

Liber precationum germanicarum. Saec. XV.

In Duodecimo.

Libellus iudaeo-german.

Dicta quaedam Patrum de Filio.

Surae aliquot Coranicae, cum precationibus turcicis.

Celtes

Celtes Pannoniis Wilibaldo (Pirkheimero) *hoc mittit ab oris Munus et aeternae pignus amicitiae.*

In 24.

Ritus baptizandi ſecundum uſum Bambergenſem.

*

Inter libros rariores ſunt:

Liber ſinicus. In fol. min. foliorum 63.

Hic liber tam initio, quam fine caret. Prioris Voluminis Operis cuiuſdam eſt particula. Tituli librorum ſinicorum ſemper in margine repetuntur. Priores duos characteres, qui ſine dubio auctorem indicant, legere non poſſum, ob defectum Lexicorum ſinicorum, quae iam ab A. 1736 Pariſiis, in Bibliotheca regia, diligentia Stephani Fourmontii, prelo parata ſunt; ſed ea edere cunctatur Deguignius.

Vên, *Litteraturae*
çu, *Confucianae*
gĭ, *ingreſſus*, (et)
mûen, *porta.*
kiuên, *Capitis*
tſchi, (uox expletiua, ſignificans genitiuum)
yĕ, το πρωτον.

Id eſt, *Introductio in Confucii Libros. Tractatus prior.*

Biblia ſacra germanica Auguſtana. fol. max. Impreſſa (ſine mentione typographi et anni) ſunt (uti ſupra dixeram, pag. 352, ubi de Bibliis ſacris Bibliothecae publicae uerba feci) apud Güntherum Zainer, 1472. In fine legitur litteris rubris: *Diſʒ durchleuchtigoſt* werck *der ganczen*, etc. Exemplar

plar ſplendidum. In Veteri Teſtamento diſcrepant lineae a folio 350 uſque ad fol. 422 ab exemplaribus Bibliothecae publicae et Fenizerianae. Indicauit haſce diſcrepantias Dom. Panzer in *der litterar. Nachricht von den älteſten deutſchen Bibeln*, pag. 49 ſeq.

Biblia germanica Lutheri; Norimbergae ap. Fried. Peypus, 1524. in folio. 2 Vol. *In membrana.*

Tractatus Magiſtri Ioh. Gerſon de ſeptem miſeriis hominum in hac uita. Norimb. per Fried. Creuſner, 1478. fol.

Pſalterium Brunonis gloſſatum. fol. Ante annum 1480 Moguntiae, uel Argentorati impreſſum uidetur Dom. Panzero in *der Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel*, pag. 63. In fine Pſalmorum legitur: *Finit liber pſalmorum numero centum quinquaginta.* Sequuntur Cantica Ieſaiae, Ezechielis, Annae, Moſis, Zachariae, Mariae Virginis, Simeonis, Auguſtini et Ambroſii.

Legendae Sanctorum Fr. Iacobi Ianuenſis. ib. per Ant. Koburger, 1482. fol.

Les preſentes heures à l'uſage de Rome furent acheuées par Philippe pigouchet le cinquieſme iour de Ianuier Lan de grace Mil quattre centz quattre vingt et vj. pour Simon voſtre Libraire demeurant a paris en la rue neuue noſtre dame pres la grant egliſe. 1486. Cum Calendario, et iconibus ligneis atque litteris initialibus elegantiſſime depictis et deauratis. In 4to.

Alexandri de Ales Summae Pars II. Norimb. ap. Koburger, 1496. fol.

Ioh.

Ioh. Nyder preceptorium diuine legis. C. loco et anno. fol.

Betbüchlein mit dem Calender vnd Passional, auffs new corrigiert vnd gemehret. D. Mart. Luther 1542. 8.

Conspicitur ab initio libelli manu Lutheri adscriptum dictum: *Matth.* 7. *Bittet, so wird euch gegeben.* 1544.

SYLLOGE NVMISMATVM.

Legitur inter adnexa Sermoni funebri, quem Adolphus Saubertus habuit, (edito a. 1669. 4.) Christophori Arnoldi Catalogus *Sylloges Numismatum aureorum, argenteorum, aereorum, quae Antistes beatissimus Io. Mich. Dilherrus, Collegio Sebaldino lubens testamento reliquit,* quem hic emendatiorem damus ex notulis, quae addidit filius Andreas Arnoldus exemplari Sebaldini Collegii, mecum a Cl. Dom. Dispositore Georgio Wolfg. Panzero beneuole communicato. Nummos a me a. 1785 et 1786 lustratos nouis explicui obseruationibus.

Loculamentum I.

Numismata aurea.

1. Nummus Cantabricus, a Carthaginiensibus in Hispania casus. Tales occurrunt in Catalogo Numismatum Mich. Timothei Pfeifferi, Ratisb. 1773. 8. pag. 49 seq.

2. Cosarum. ΚΟΣΩΝ. (Cosae, Vrbs Hetruriae) Consul procedens inter duos lictores. Aquila coronam ungue stringens.

Vid. Golzii Thes. p. 137. Occo in Numism. Imp. Rom. p. 60, 61 et Famil. Rom. Patini.

Sit ne hic nummus reuera huius urbis, iure dubitari poteſt. Ioſ. Eckhel Catal. Muſei Caeſarei Vindob. Nummor. uet. P. I. Vindob. 1779. fol. max. pag. 14.

3. QVINT. FABIVS LABEO PRAETOR. Roma galeata.

4. LVCIVS SEMPRONIANVS PI. Vid. Fulu. Vrſin. in Famil. Rom. 93 et 339.

5. C. Caeſaris Dictatoris. L. PLANCVS PRAETOR VRB. QVINTVS. Vid. Golz. p. 191.

6. MVNATIA. Eiuſdem Conſulis tertium. AVLVS HIRTIVS Praetor. Vid. Fulu. Vrſ. p. 108.

7. Diui Auguſti. Tropaea ab hoſtibus deportata.

8. Tiberius Caeſar, diui Auguſti Filius, Auguſtus Pontifex Max.

9. Neronis, cum ſalute.

10. Eiuſdem, cum Ianua, ſiue tranſitu. Vid. Occo p. 120.

11. Titi Veſpaſiani. Capricornus cum globo. Vid. Occo, p. 557.

12. Domitiani. Minerua, ſiue Pallas armata. Vid. Occo, p. 172, 177.

13. Hadriani Conſulis. Vid. Occo in nummis Hadriani.

14. Antonini Pii. Vid. Occo, p. 256.

15. Cornel. Saloninae Auguſtae, Licinii Gallieni uxoris. Venus Genitrix. Golz. Theſ. p. 12. Occo, p. 473.

16. Con-

16. (Constantini Magni falso.) Tiberius Constantianus. Crux. Vid Occo p 584, et Eckhel Catal. Mus. Caes. P II, p 539.

17. Gratiani. Victoria Augustorum; Occo, pag. 564.

18. Arcadii. Id. p. 570.

19. Theodosii II. Figura sedens, dextra globum cum cruce et stella, sinistra scipionem. P. P. Conob. Id. p. 572.

20. Zenonis. Vid. id p. 579.

21. Iustiniani. Vid. id. p. 582.

22. Constantini VII cum matre Irene.

23. Nummus ignotus.

Recentiora Numismata.

24. Elisabetha, Fil. Andr. Reg. Hungar. obiit Marb. A. M. CC. XXXI.

25. Nummus castrensis Viennae obsessae A. C. 1529.

26. Aureum Insigne ordinis Teutonici. Nummus acronostichus.

27. Patella (ut uulgo et male fertur) iridis. Est numisma ignotum. Vid. M. *Ioh. Alex. Doederlini* diss. epist. ad D. G. G Welckium de patellis iridis. Suobaci, 1739. 4. cum tabula aen.

Numismata argentea.

Hebraeorum.

Septem, e quibus Sicli quatuor Iudaeorum et Samaritanorum (spurii, plerumque fusi) aeri iam incisi exhibentur in b. Dilherri Atrio Linguae sanctae, Norib. 1659. 8. pag. 19, 20, 63 et 64, et in Ioh. Henr. Hottingeri diss. de nummis oriental. quae exstat in calce eius Commentat. de Cippis Hebraicis. Heidelb. 1662. 8.

Primus horum nummorum (est communis Siclorum figura,) una facie habet florentem Aaronis uirgam, cum inscriptione litteris hebraicis ירשלים הקדשה *Jeruschalaim bakkedoschah*, id est, *Ierusalem sancta.* In altera nummi spurii facie conspicitur turibulum Aaronis legiturque inscriptio: שקל ישראל *Schekel Jisrael*, id est, Siclus Israelis.

Secundus Nummus habet in uno latere indicium uirgae Aaronis, cum inscriptione iam indicata, litteris Samaritanis. In altera nummi facie est turibulum Aaronis, cum uerbis *Schekel Jisrael,* litteris Samaritanis.

In tertii una facie est templum Salomonis, cum inscriptione litteris hebraeis, ירושלם עיר הקדשה *Jeruschalaim jr bakkedoschah*, id est, *Jerusalem urbs sancta*; altera facie haec leguntur uerba : דוד המלך ובני שלמה המלך *Dauid hammelech ufenó Schelomó hammelech,* id est, *Dauid Rex, et filius eius Salomo Rex.*

Et hi, et alteri 4 nummi pro spuriis habendi sunt. Vid. Hadr. Relandi de nummis ueterum Hebraeorum, qui ab inscriptarum litterarum forma Samaritani appellantur, Dissertationes quinque; cum X tabulis aeri inscriptis. Traiecti ad Rhenum, 1709. 8. Eberhardi Dauidis Hauberi *Nachricht von den jüdischen insgemein genannten samaritanischen Münzen, und den davon herausgekommenen Schriften. Kopenhagen und Leipzig,* 1778. 8. cum tabula aenea. Omnes istos nummos ab impostoribus Saeculi IV, V, XV et XVI fictos fuisse, egregie docet p. m. Celeb. Schlaegerus, et amplius, qui eius testimonium adducit, doctissimus amicus noster, Dom. Oluf Gerhard Tychsen, in praeclaro scripto

uti-

utilissimoque: *Die Unächtheit der Jüdischen Müntzen mit hebräischen und samaritanischen Buchstaben.* Rostock und Leipzig, 1779. 8.

Graecarum in primis Vrbium.

1. Aquila leporem dilanians. *In altera nummi facie Venus* in quadriga conspicitur, cum uoce ΑΓΡΑΓΑΣ (Agrigentinorum).

2. Alexandri, cum Pegaso. Occo, p. 56.

3. Eiusdem, cum Bucephalo. ΒΟΥΚΕ.

4. Palladis, cum leone.

5. Antiochi Regis. Galatia et Antiochia.

6. Antiochi, ob Asiae factum. *Nummus fusus*

Loculamentum II.

7. Athenarum, cum Noctua.

8. Βερ. Βασιλεα αιγυπτ.

9. Demosthenis Pallas et Mercur.

10. Epaminondae. Θηβαιος.

11. Euagorae.

12. Λυσανδρου Λακωνος. Νικη Νησιν.

13. Lysimachi Regis. Pallas et Victoriola.

14. Μακεδονων πρωτης.

15. Μαρωνιτων σωτηρος Διονυσιου.

16. ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Diana.

17. Eiusdem, cum imagine sedentis Imperatoris. Σεβαστος Βασιλευς μιθριδατης.

19. Palamedis; *fusus.*

20. Philippi equitantis. Aquila. ΦΙΛΙΠΠΟΣ.

21. Ptolemaei Regis. *Aeneus.*

22. Rhodiorum. Facies Coloſſi, ſ. Apollinis.

23. Σωκρατης Θηβαιος. Αλκια πανζα. *Fuſus.*

24. Syracuſiorum. Ευθαναστια. Cum uictoria coronam offerente, et tribus Amaltheae cornibus. (*fuſus*)

25. Thaſiorum, cum Hercule Seruatore, cum claua. ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΘΑΣΙΩΝ ΣΩΤΗΡΟΣ. Vid. *Ioh. Henr. Schulze* Commentatio de Nummis Thaſiorum, praecipue illis, in quibus Hercules Soter conſpicitur; Halae Magdeb. 1737. 4 mai. fig.

26. Thraſybuli. Capra.

27. Timothei Athenienſis. (*fuſus.*)

28. Xenoclis cum Apolline.

29. Xenoclis cum Apolline. Aſia. ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ.

30. 31. 32. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ.

Nummus craſſior, remotiſſimi aeui, ſignatus ΑΙΓΙ εων. (*Aegium Achaiae*) Vid. Golzii Numiſm. Graeca, Tab. IX. Beger Theſ. Palat. p. 248. Brandenb. p. 447. Cel. Ioſ. Eckhel Nummi uet. anecdoti, P. I, p. 117.

Nummi Romanarum Familiarum.

1. Aquilii, cum Diana in bigis, et duabus ſtellis. Vid. Fulu. Vrſin. p. 29.

2. C. Caſſii, Caeſaris percuſſoris, cum Roma galeata, et libertate in quadrigis, dextra habet pileum, ſiniſtra haſtam. (*Nummus ſubaeratus*) Vid. Fulu. Vrſ. p. 55.

3. L. Caſſii.

4. Portius Cato Cons cum Iuſtitia. Vrſin. p. 215. (*fuſus*)

5. Appii Claudii. Id. p. 60. *Nummus ſerratus.*

6. Ti. Claudii. Id. p. 59.

7. C.

7. C. Confidii. Id. p. 67.
8. Herennii. Pietas.
9. Lentuli.
10. Lucretii. Fulu. Vrſin. p. 145.
11. C. Memmii.] Id. p. 158.
12. L. Memmii.]

Loculam. III.

13. Paeti.
14. Papii. Vrſin. p. 182. (*Nummus ſerratus.*)
15. Poſtumii. Id. p. 218 ſq.
16. Reguli. AN. CL. O.
17. Corn. Scipionis. Vrſin. p. 38.
18. Sergii. Id. p. 239.
19. Scruii. Videtur eſſe Sulpitius. Vid. id. p. 284.
20. 21. Sulpiciae Familiae.
22. Q. VOCON. VITVLI. *Nummus adulterinus.*
23. Clodii cum Quadriga triumphali.
24. CREPVSIA. Eques.
25. Anonymi, cum corona quercea, S. P. Q. R. et Salute generis humani.

Imperatorum Romanorum Nummi.

1. Iul. Caeſaris, Dictatoris perpetui.
2. Eiuſd. cum elephanto.
3. Cum captiuis duobus.
4. Eiuſdem cum lituo.
5. Ciceronis.
6. Ciceronis et Catonis.

7. IMP. CAESAR AVG. cum capricorno adſcendente, ſ. ſidere natalitio. AVGVSTVS.

8. Eiuſdem, cum S. P. Q. R. C. L. V.

9. Eiuſdem, cum Lituo et praefericulo.

10. Eiuſdem. Duae lauri. L. C. CAESARIS AVG. FIL. COS. DESIG. PRINC. IVVENT.

11. Deeſt.

12. M. Aemilii Lepidi, Auguſti in Triumuiratu collegae.

Regulus.

13 Iuliae, Auguſti filiae e Scribonia.

14 Ouidii. *Nummus fuſus.*

15. Tiberii. Concordia.

16. Eiuſd. ROM. ET AVG. Sequitur Nummus in parte antica ſaltem ſignatus, facie informi.

17. Tiberii. ROM. ET AVG.

18. C. Caligulae una cum tribus Sororibus, Druſilla, Agrippina, et Iulia.

19. Claudii, cum Antonia, filia e Petina.

20. Eiuſd. LIBERTAS AVG.

21. Neronis, cum portu Oſtienſi.

Loculamentum IV.

22. Eiuſdem, cum allocutione caſtrenſi.

23. Eiuſdem, cum aquila fulmini inſiſtente; de qua Occo, p. 174.

24 Eiuſd. cum imagine Salutis. Id. p. 175.

25. 26. 27. Fl. Veſpaſiani, cum figura ſedente, dextra ramum, ſiniſtra caduceum tenente. *quater.*

28. Eiuſdem, cum Iudaea capta.

29. Cum

29. Cum Roma resurgente.

30. Cum figura sedente, dextra hastam, sinistra ramum tenente.

31. Cum figura stolata, stante, sinistra cornu copiae, dextra proram tenente.

32. Titi Vespasiani, cum porticu, uel aedificio quodam.

33. Domitiani, cum ludis saecularibus.

34. Eiusdem, cum uirtute Aug.

35. Eiusdem, cum Moneta Aug.

Adest etiam alius nummus ignotus cygni figuram exhibens. ΚΛΑΖΟ Cum facie Apollinis. Clazomeniorum.

36. Cum figura nauali, prorae nauis insistente.

37. Cum figura gradiente, dextram eleuante, et sinistra tridentem tenente.

38 Traiani, cum figura sedente, dextra ramum tenente, sinistra sellae innixa.

39. Eiusdem, cum figura stante, stolata, et dextra ramum porrigente.

40. Eiusdem, cum figura stante, dextra temonem, sinistra cornu copiae tenente.

41. Eiusdem, cum Fortuna reduce, eaque sedente, dextra temonem, sinistra cornu copiae tenente.

42. Hadriani, cum figura stante, stolata.

43. Eiusd. cum Moneta Aug.

44. Cum figura hastata, clypeo supposito.

45. Cum Liberalitate Aug.

46. Cum figura, dextra uictoriolam, sinistra bacillum tenente.

47. Cum figura sedente, dextra auiculam, sinistra hastam tenente.

48. Cum figura sedente, dextra imagunculam, sinistra cornu copiae tenente.

49. Eiusdem. Sabina uxor sterilis, Suetonio familiaris. Occo, p. 242.

50. L. Aelii Caesaris, ab Hadriano adoptati; cum figura dextram porrigente, sinistra cornu copiae.

51. Antonini Pii, cum figura pileum, insigne libertatis, dextra tenente.

52. Eiusd. cum indulgentia Aug.

53. Faustina. Charitas materna.

54. Eadem. Pietas ad aram.

55. Eadem. Aquila et Consecratio.

56. Eadem Diua; Ceres dextra spicas, sinistra hastam tenet.

57. M. Aurel. Antonini Philosophi, cum allocutione.

58. ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ.

59. Eiusd. Pax, uel Victoria sedens.

60. Eiusdem. Pietas ad aram.

61. Eiusdem, cum simili quadam figura.

62. Eiusd. apotheosis, cum consecratione templi siue sacerdotii.

63. Antonini et Veri, (diui Fratres) cum tribus legionis VI uexillis.

64. L. Veri, cognom. Armeniaci, cum milite sagato, dextra temonem, sinistra hastam.

65. Commodi uxor, Crispina.

66. Pertinacis, cum Providentia Deorum, quae Imperii pilam tuetur.

67. Juliani (ex Manlia Scantilla) filia formosa, Didia Clara, Cor. Repentino in conjugium tradita, et Augusta cogno-

cognominata; cum Hilaritate temporum, hoc eſt, imagine, dextra ramum viridem, ſiniſtra cornucopiae.

68. Severi, cum viro nudo, effigie Herculis cum clavo.

69. Eiusdem uxor, Julia Pia, cum Venere Genitrice, quae ſedet, dextra globum, ſiniſtra haſtam; cum aſſiſtente Cupidine.

Loculam. V.

70. Macrini, cum Jove Conſeruatore.

71. Seueri Alexandri, cum Liberalitate Aug.

72. Philippi patris, Occo, p. 44.

73. Philippi Arabis, cum Alce: nummus eſt ludorum ſaecularium.

74. Decii, cum Aduentu Aug. Occo, p. 417.

75. Conſtantini (forte) Magni, cum Prouidentia Caeſarum.

Sex nummi (ceu dicuntur) Gothici, ſine inſcriptione, cum equis.

Numiſmata argentea recentiora.

1. Attilae, cum urbe Aquileja.

2. Andr. Doriae, Ducis Genuenſis, cum triremi.

3. Clementis VIII. Pontificis nummus jubilaeus.

4. 5. 6. Nummi Turcici tres, Schajeth dicti, quorum pretia, cum Baſſis, plerumque uariant: Schajah unicus ualet quinque Aſpros, quos ab albedine ſic uocant Graeci, quia ex argento conſtant; Arabes ac Turcae Acſe: ceu Itali bianchi, Galli les blancs. Hodie decem Schajeth conficiunt thalerum Burgundicum, uel Belgicum, cum leone; quem Arabes canem eſſe exiſtimantes, hujusmodi monetam Abu-

Abu-kelb, *einen Hundsvater* nominant, Chriſtiani uero Europaei, *einen Löwenthaler.*

7. Nummus Moſcouiticus.

Quibus accedunt duodecim nummuli argentei.

NVMISMATA AEREA.

Loculam. VI.

1. Romuli Regis. Iupiter.

2. 3. Eiusdem, cum urbe Roma.

4. Didonis, cum Carthagine.

5. Fabiae familiae.

6. Ariſtidis, Athenienſis, nobilitate et juſtitia inſignis; quare ΔΙΚΑΙΟΣ cognominatus: cum Themiſtocle diſſentiens, et exſilio annorum decem damnatus, Xerxe in Graeciam cum exercitu ueniente, ab exſilio (pro ſalute patriae) reuocabatur.

7. Cononis, Athenienſium ducis; quem Respub. omnibus inſulis ſuis praefecerat: Praelio victus a Lyſandro, Lacedaemoniorum duce, ſponte in exſilium abiit, ad Artaxerxem.

8. Caeſaris Dictatoris Perpetui, cum L. Buca, duabus dextris, globo, caduceo, et ſecuri.

9. Agrippae et Caeſaris duo capita auerſa: a Colonia Nemauſienſi cuſus, in honorem Auguſti, nummus, poſt deuictum Antonium et Cleopatram, Aegyptumque inde captam, et in formam prouinciae redactam. Id indicare opinantur Crocodilum, Aegypti animal, ad palmam (quae uictoriam ſignificat) ferrea catena religatum.

10.

10. Eiusdem Agrippae, cum Consulatu tertio.

11. Augusti, cum Apolline Actiaco: Hunc citharoedi habitu (dextra enim plectrum tenet, sinistra citharam) cum in ueste longa sit, quidam esse Musam existimant; pro Apolline tamen facit notus ille Propertii uersus: Actius in longa carmina ueste canit.

12. Eiusdem, cum Diuinitate. Consensu Senatus et Equitum ordinis,

13. Eiusdem, cum Templo. Prouidentia.

14. Claudii, cum Roma sedente; Victoriolam dextra tenet.

15. Eiusdem, cum Constantia galeata, dextram in sublime tollente, sinistra hastam tenente.

16. Eiusdem, cum examine staterae, Persius uocat, castigare trutinam Sat. I. Vide Casaub. comment. ad v. 7.

17. Neronis, cum imagine Victoriae.

18. Eiusdem, cum Roma spoliis insidente, et Victoriolam manu tenente.

19. Eiusdem, Janum claudentis.

20. Eiusdem, cum figura alata, dextra globum tenente.

21. Galbae, cum Libertate publ. quae pileolo (nec campanula, uti non nemo) exprimitur.

22. Vitellii, cum gradiente Marte, sinistra uictoriolam, dextra hastam.

23. Vespasiani, cum figura stolata stante; dextra proram nauis (quae reducis fortunae signum est) sinistra cornucopiae.

24.

24. Eiusdem, cum figura stolata, Spei typo, flosculum dextra tenente.

25. Eiusdem et Consulis et Censoris, cum corona.

26. Eiusdem, cum Vesta stante, et Consulatu VIII.

27. Eiusdem uxoris, Domicillae, ceu uidetur.

28. Domitiani, cum Fortuna Aug. stante; sinistra tenet cornu copiae.

29. Traiani, cum figura alata, in globo, S. P. Q. R. tenente.

30. Eiusdem, cum statua, quam Senatus Populusque Romanus posuit.

31. Hadriani, cum praenomine Trajani.

32. Eiusdem Hilaritas P. R. cum figura muliebri, dextra palmam, sinistra cornucopiae; ad cuius pedes ex utraque parte puerulus.

Loculam. VII duplex.

33. Eiusdem, cum figura sedente, dextra imagunculam Fortunae, sinistra cornucopiae.

34. Eiusdem, cum Felicitate Aug.

35. Eiusdem, cum Felic. et naui praetoria.

36. Eiusdem, cum figura stante, dextra hastam, sinistra securim.

37. Eiusdem, cum urceo.

38. Eiusdem uxor, Julia Sabina, cum Vesta.

39. An-

39. Antonini, cum figura ſtante, dextram eleuante, ſiniſtra globum, cum ara ad pedem dextrum.

40. Eiuſdem, cum Felicitate Aug.

41. Antonini Pii, uxor Fauſtina, cum Veſta.

42. Eadem, cum Pudicitia.

43. Eadem, cum figura ſacrificante.

44. Deeſt.

45. M. Commodi Antonini, cum figura ſtolata ſtante, dextra uictoriolam, ſiniſtra cornucopiae.

46. Eiuſdem, cum figura ſedente, dextra uictoriolam, ſiniſtra cornucopiae.

47. Seueri Alexandri, cum figura ſtante, dextra ramum, ſiniſtra haſtam.

48. Eiuſdem, cum Spe publ.

49. Maximini, cum Pace Aug. *Bis.*

50. Eiuſdem, cum figura ſtante, dextra congium, ſiniſtra cornucopiae.

51. Gordiani, cum aeternitate.

52. Eiuſdem, cum Laetitia.

53. Philippi Arabis, cum Saecularibus. COL. VIMIN.

54. Eiuſdem, cum figura muliebri, ſtante inter duos leones.

55. Eiuſdem, cum Roma aeterna.

56. Trebelliani tyranni uultus.

57. Tetrici ſenioris.

58. Tetrici iunioris, cum Spe Augg.

59. Claudii, frugi, cum Annona.

60. Eiusdem, cum Consecratione, et ara.

61. Eiusdem, cum Prouidentia Aug.

62. Eiusdem, cum fide exercitus.

63. Quintilli, cum figura militari, dextra ramum, sinistra hastam.

64. Aureliani, cum Oriente Aug. figura radiata, stante inter duos captiuos, humi desidentes; sinistra globum.

65. Eiusdem, cum Joue Conseruatore; ubi duae figurae dextras sibi porrigunt.

66. Probi, cum Comite Aug. figura galeata stante, dextra ramum, sinistra hastam tenente.

67. Eiusdem, cum Roma aeterna.

68. Eiusdem, cum Aduentu.

69. Eiusdem, cum Pace Aug. et Dea, dextra ramum oleae, sinistra hastam puram.

70. Eiusdem, cum Victoria, et tropaeo, et duobus captiuis, humi desidentibus.

71. Gallieni, cum ioue Conseruatore.

72. Maximiani, cum Genio Populi Romani.

73. Constantii Chlori, cum Genio Pop. Rom.

74. Constantini M. cum Sole inuicto.

75. 76. *Desunt.*

77. Eiusdem, cum Marte Conseruatore.

78. *Deest.*

79. Licinii, cum Ioue Conseruatore, dextra uictoriolam, (ad Sisciam, Pannoniae urbem) et aquilam, sinistra hastam.

80. Gal. Val. Maximini, cum Genio Pop. Rom.

81. Constantini II, cum Liberatione Reip.

82 et 83. *Desunt.*

84. Eiusdem, cum felici temporum reparatione, et figura militari, captiuum atque equestrem supplantante.

85. Eiusdem, cum Vict. quercea. *Nummus ualde detritus.*

86. Eiusdem, cum labaro, et Gloria exercitus. *Bis.*

87. Ignoti Imperatoris.

88. Magnentii, cum duabus figuris alatis, clypeum tenentibus.

Mantissa miscella.

89. Fl. Leontii, εν θεῳ βασιλεως Ρωμαιων. A. C. 474.

90. Fl. Romani, A. C. 947.

91. Michaelis, cum Zoë, conjuge sua, A. C. 1035.

92. Andronici IV qui uixit A. C. 1384.

Quinque Impp. Orientis, deletis nominibus, quorum notae et sigilla exstant singula apud Octau. Stradam a fol. 257 usque ad fol. 330.

XX aerei, ab ipsa uetustate exesi et erosi.

Recentiora Numismata tria:

1. Pecunia Chinensis aerea, ac perforata.

2. Arabica moneta plumbea cum duabus imaginibus. Talis est in Niebuhrii *Beschreibung Arabiens*, Tab. X, num. 8.

3. Chartacea Batauorum moneta obsidionalis, cuius in altera facie: Lugdunum Batauorum, in altera: Pugno pro patria. 1574. De hac uide Luckium fol. 252.

Libris rarioribus supra pag. 16 commemoratis, quorum conspectum notitiamque humanitati Reu. D. M. Martini Kohlmanni, meritissimi Senioris Sebaldini, debeo, addi potest

Codex Iustiniani Imp. Norimb. per Andr. Frisner et Ioh. Sensenschmid. 1475. fol.

Librorum non nulli erant iam in ueteri Bibliotheca Capituli Sebaldini, quae nunc Dilherrianae adiuncta est. Effigies Dilherri, a Rodolfo Wernfels ad uiuum picta, est praecipuum Bibliothecae ornamentum.

III.

III.

BIBLIOTHECA

CAPITVLI XENODOCHIANI.

IN

SACRARIO TEMPLI NOVI

HOSPITALIS AD SPIRITVM SANCTVM.

III. BIBLIOTHECA IN SACRARIO TEMPLI XENODOCHIANI.

Collecta fuit e Bibliotheca Werneriana, A. 1624, Wellhammeriana, Grossiana 1630, et Jaquetina 1653.

D. Christophoro Furero, Duumuiro primario, Praetori et Castellano, quod Bibliothecam, quae in Templi Xenodochiani Sacrario est, ueterem nouae ac numerosioris, utilique librorum apparatu diuitis, accessione publicis sumtibus augendam curauerit, gratias agunt praedictae Aedis Pastor, Senior, Diaconi. Norimb. 1653. Est poemation duorum foliorum in forma quarta. Dicitur inter alia:

Quae nouiter nobis exstructa est Bibliotheca
Sacra, augusta libris, ac praecipuum ornamentum
Aedis, quam multis moderaris fausstiter annis,
Clare pro nobis, testis uerissima, clamat.

Curam horum Librorum semper gerit Senior Capituli Xenodochiani.

Adest Catalogus duorum Voluminum in fol. Prius complectitur Libros Wernerianos, Grossianos, Jaquetinos et Beerianos, cum adscripto folio Elogii Dom. Wolfg. Iac. Nuzelii, Duumuiri primarii, A. 1721.

Aliud Volumen continet Indicem Auctorum, secundum seriem Alphabeti digestum, confectumque a M. Iohanne Carolo Stephani, Diac. Xenod. A. 1660, cui adnexus est Catalogus librorum praecipuorum e bibliotheca M. Martini Beerii, Aedis Xenodochianae Pastoris, quos Iodocus Christoph. Kressius, Duumuir primarius, publicis sumtibus emit A. 1693, d. 20 Ian.

Manuscripta.

In Folio.

Scriptorum miscellaneorum Tomi V.

Loci communes theologici.

Aliud Volumen Miscellaneorum.

In Quarto.

Historico - Theologica.

Collectanea Theologica.

Alia eiusdem materiae.

Iudicia quaedam theologica M. Lutheri, et Phil. Melanchthonis.

Repetitio sanae doctrinae M. Lutheri.

Varia Theologica.

Vnterschiedliche Bedencken und Confessiones diuersorum Theologorum.

Thesaurus philosophicus.

M. Mich. Piccarti Organon.

Catalogus locorum Scripturae.

Iacobi Schopperi in Psalmos Commentarius.

Conciones Schallingii, Werneri, Corn. Marci, Wellhammeri, Ioh. Sauberti, Piggelii, Jaqueti, Koenigii, et aliorum.

Martin.

Martin. Schalling in Pſalmum 51.

D. Georgii Koenigii Enchiridion.

Eiuſd. Commentarius in Threnos.

— Diſcurſus contra Ioh. Denkium.

Catalogus Auctorum, qui in Scripturas commentati ſunt.

M. Cph. Wellhammeri Collectanea theologica.

Petri Piſcatoris Explicatio Prophetae Danielis.

Ambroſius Reudenius de Perſona Chriſti.

Libri rariores.

Biblia hebr. gr. et lat. cum adnotationibus Franciſci Vatabli. Lutetiae, 1599. fol.

Bibliorum Roberti Stephani Pars I, et II. 1557. fol.

Bibliorum hebr. latinorum Sebaſt. Münſteri P. I, et II. 1546. fol.

Biblia hebr. cum latina interpretatione Xantis Pagnini, Lucenſis, et Benedicti Ariae Montani, Hiſpalienſis etc. Aurel. Allobr. 1619. fol.

Santis Pagnini Pſalterium, cum annotationibus Vatabli. Pariſiis, 1556. 8.

Biblia Iohann Dietenbergers. 1534. fol. mai. *Rariſſ.* Vid. Dom. Panzeri *Verſuch einer Geſch. der röm. cathol. deutſchen Bibelüberſetzung,* pag. 77 ſeq.

Eadem; *Maynz,* 1603. fol.

S. Auguſtini operum Tomi X. Baſil. 1569. fol.

Opera diui Hieronymi, Tomis IX. Antuerpiae, 1579. fol.

S. Bernhardi Opera. Pariſ. 1536. fol.

Centuriatores Magdeburgenſes Tomis XIII; 1564 — 1574. fol.

Phil. Melanchthonis opera, Tomi IV. Witteb. 1580. fol.

Mart. Lutheri operum uariae Editiones. fol.

Chriſtiani Erdtmanni Norimberga in flore. Edit. prima, rariſſ. 1629. 4. paginar. 89.

Eiuſd. Relatio hiſtorico - paraenetica de ſacroſanctis S. R. I. Reliquiis et ornamentis, etc. 1629. 4.

Apologia Iacobi Hogſtraten in cauſa Reuchlini, ad Leonem X. Coloniae, 1518. 4.

Ioh. Reuchlini de Cabbala, ſ. ſymbolica receptione, Dialogus. 1550. fol.

Eraſmi Encomium Moriae, ſ. Laudatio ſtultitiae, 1519. 4 uel 8 maj.

Theophraſti Paracelſi Expoſitio uera Imaginum olim Nürembergae repertarum, ex fundatiſſimo uerae Magiae uaticinio deducta. 1570. 8.



IV.

IV.

BIBLIOTHECA
FENIZERIANA.

IN
AEDIBVS PAROCHIALIBVS
LAVRENTIANIS.



IV. BIBLIOTHECA FENIZERIANA.

Iohannes Fenizer, († 21 Nouemb. 1629) cultrorum faber, uir animi integerrimi, destinauit A. 1615 et 1624, praeter fundata sex stipendia sat larga pro Studiosis Theologiae, certam argenti summam, e cuius reditibus iam A. 1616 libri comparabantur. Creuit haecce Bibliotheca ita, ut librorum operumque amplissimorum copia, curantibus Capituli Laurentiani Bibliothecariis, egregie instructa sit. *)

Accipe posteritas, quod per tua saecula narres:
Plebeii munus de pietate uiri.
Fennitzer, ciuis nulli probitate secundus
Noridis en nostrae quas tibi praestat opes!
Cultrorum ille opifex cum Relligionis honore
Aeonidum imbuerat pectus amore suum.
Vtque piae mentis post fata beata manerent
Perpetui testes et documenta suae,
Non modo Musarum cultorum annua ferri
Subsidia, extremis iusserat in tabulis;

Verum

*) Addita est e bibliotheca p. m. D. Ioh. Guil. Baieri, Archidiaconi et Professoris Theologiae Altdorfini, Collectio scriptorum fanaticorum et mysticorum, cui accessere optimi libri Bibliothecae Fabricae Capituli Laurentiani, et ex dono Reu. Dom. Ioh. Sigism. Moerl, ampla collectio Scriptorum herrnhuthianorum.

Verum etiam sumtus, cura uel Principe digna,
Queis haec collecta est Bibliotheca, dedit.
Mira Viri bonitas, caelo gratissima, nostrae
Vrbi, Orbique simul, commoda quanta tulit!
Haec iuuenes fouit, quos dura premebat egestas,
Illa bonae mentis, sed male amica, soror.
Illorum hinc opera est Ecclesia, Curia fulta,
Illorum adiutae sedulitate Scholae.
Perque annos centum iam continuata uoluntas
Sancta Viri, fructu perfruiturque suo.
Gaude sorte isthac, Respublica Norica, pridem
Ciuibus eximiis inclyta facta tuis!

Ioach. Negelein. A. 1716.

Ioh. Mich. Weisii, Diac. Laurent. et Bibliothecarii, Catalogus Bibliothecae Fenizerianae. Norimb. 1736. 4. Cum effigie Ioh. Fenizeri.

Auctior editus est, curante Reu. atque Doctiss. Dom. M. Leonhardo Rindero, Seniore (nunc Dispositore) Laurentiano et Bibliothecario meritissimo; *) Norimbergae, 1776. in 8 mai. Cum effigie Fundatoris, quae in Bibliotheca depicta cernitur.

Inter Bibliorum editiones in folio eminent:

Biblia polyglotta regia antuerpiensia. 1572. Vol. VII.

Biblia polyglotta anglicana. Londini, 1657. Vol. VI.

Biblia

*) Vir humanissimus non tantum Catalogi additamenta, uerum etiam Librum MSS. magicum, infra recensendum, mecum communicauit.

Biblia ebr. gr. et lat. cum adnotat. Franc. Vatabli, 1586. Vol. II. Latina interpretatio duplex est, altera uetus, altera noua.

Euangelium secundum Matthaeum in lingua hebraica, cum uersione lat. atque adnotationibus Sebast. Münsteri. Basil. 1537.

Biblia latina, 1480 per Ioannem Zainer, Vlmensis oppidi incolam, impressa.

Biblia latina cum glossa Lyrana. Argent. 1492. Vol. IV.

Alia. Norimbergae, impensis Antonii Kobergeri, 1497. Vol. IV.

Biblia sacra utriusque Testamenti. Norimb. cum praefat. Andreae Osiandri, per Frid. Peypus 1523. Haec est altera editio Bibliorum, curante Osiandro, editorum. Vid. Dom. M. G. W. Panzeri *Geschichte der Nürnbergischen Ausgaben der Bibel*, p. 100.

Biblia lat. Roberti Stephani, cum annotat. Paris. 1556, 1557. Vol. III.

Biblia germanica Guntheri Zainer Aug. Vindel. 1472. Vid. P. I, pag. 352.

Biblia germ. Ant. Koburgeri, Nurnb. 1483. Vol. II. cum fig. Vid. P. I, pag. 357.

Catholische Bibell — durch D. Johann Dietenberger. Cöln, 1564. Haec editio splendida iterata est ad amussim ex secunda Bibliorum Dietenbergeri editione anni 1540. Vid. praelaudati Dom. Panzeri *Versuch einer kurzen Geschichte der römisch-catholischen deutschen Bibelübersetzung*, *Nürnberg*, 1781. 4. pag. 94 et 104.

Biblia

Biblia germ. cum praefatione Ioh. Mich. Dilherri, Norimb. 1670. uulgo *Fegfeuer Bibel* nuncupata, ob unicam syllabam in epistolae Iudae uersiculo 23 dolose impressam. Vid. P. I, p. 371.

Ioh. Potkenii Psalterium quatuor linguarum, hebr. graec. aethiop. lat. Coloniae, 1518.

Prior editio prodiit Romae, 1513. 4.

Nou. Test. gr. Iohannis Millii; edente Ludolpho Küstero. Amstelod. 1710.

Nou. Test. gr. Ioh. Iac. Wettstenii. Tomi II. Amstel. 1751. 1752. Vol. II.

Iosephi Blanchini Euangeliarium quadruplex latinae uersionis antiquae. Romae, 1748, 1749. Vol. II. Cum multis tabulis aeneis.

In forma quarta.

Biblia hebr. Venetiis, sine anno.

Den Bibel, Jnhoudende dat Oude ende Nieuwe Testament. Gedruckt int Jaer ons Heeren 1568. sine loci mentione. 4 mai.

Th. Erpenii Nou. Test. arabice. Leidae, 1616.

Nou. Test. turcice. Oxoniae, 1666.

In forma octaua.

Biblia hebraea. Labore et studio Ioh. Georg. Nissellii, Palatini, Linguar. Oriental. Propagatoris. Lugd. Bat. 1662. 8 mai. Textus hebraicus recusus est e Bibliis hebr. Eliae Hutteri studio editis Hamburgi, 1587. fol. 2. Vol

quae

quae sunt inter libros Solgerianos in Biblioth. publ. Vid. Cat. Solg. P. I, num. 29, 30.

De istis Bibliis Nisselianis uid. Cel. Equitis Ioh. Dau. Michaelis *orientalische und exegetische Bibliothek.* X Theil, pag. 214 seq. et *Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur.* V Theil, Num. VII. amicissimi Dom. O. G. Tychsen notitia *von Nisselii hebr. Bibel Ausgabe.*

Le Nouveau Testament du Pere Paschas. Quesnel. à Paris, 1702. Vol. IV.

* * *

Th. James Bellum papale. Londini, 1678. 8.

Edm. Castelli Lexicon heptaglottum. Lond. 1669. fol.

Ioh. Reuchlini Lex. hebr. Basil. 1537. fol.

Iac. Golii Lex. arab. Lugd. Bat. 1653. fol.

Surenhusii Mischnah. Amstelod. 1698 — 1703. Vol. III. fol.

Alcoranus Marraccii. Patauii, 1698. fol.

Christ. Knorr a Rosenroth Kabbala denudata. T. I. Sulzb. 1677. T. II. Francof. 1684. Vol. II. 4.

Guil. Seaman Grammatica turcicae linguae. Oxon. 1670. 4.

Maxima Bibliotheca Patrum. Lugd. 1677 — 1703. Vol. XXVIII. fol.

Theodoreti opera gr. et lat. Studio Iac. Sirmondi. Paris. 1642. IV Tomi fol.

Alcuini

Alcuini opera. Ratisb. 1777. II Tomi, Vol. II. fol.

Magnentii Rhabani Mauri opera. Colon. 1626. Tomi VI. Vol. III. fol.

Ioh. Hus et Hieron. Pragensis historia et monumenta. Norimb. 1558. fol.

Ioh. Gersonis opera. Antwerp. 1706. Tom. V. Vol. III. fol.

Ioh. Bapt. Cotelerii Ecclesiae graecae Monumenta. Paris. 1677. Vol. III. 4.

Quaestiones Th. de Aquino. Mogunt. per Petrum Schoiffer de Gernsheim. 1471. fol.

Angeli de Clauasio Summa euangelica de casibus conscientiae. Nuremb. 1478.

Ioh. Duns Scoti Opera omnia. Lugd. 1639. Tomi XII. Vol. V. fol.

Augustinus de Ancona de ecclesiastica potestate. Romae, 1479. 4.

Thom. Murneri tr. de phitonico (i. e. magico) contractu. 4.

Ars moriendi. 4. Cum XIV tabulis lign. sine loco et anno impressionis. Vid. P. I, p. 420.

Caesaris Baronii Annales ecclesiastici. Antuerp. 1612 — 1629. Tomi XII. Vol. VI.

Odorici Raynaldi Continuatio ab A. 1198 usque ad Annum 1567. Tom. XIII — XXII. Romae, 1646 seq. Vol. V.

Henr.

Henr. Spondani annalium eccleſ. Baronii continuatio ab a. 1197 ad finem 1646. Lugd. 1678. Vol. II. fol.

Antonii Pagi Critica hiſtorico-chronologica in uniuerſos annales eccleſiaſticos Baronii. Tomi IV. Antuerp 1705. Vol. IV. fol.

Natalis Alexandri Hiſtoria eccleſiaſtica uet. et noui Teſtamenti ab orbe condito ad annum poſt Chriſtum natum 1060. Pariſ. 1699. Tom. VIII. Vol IV. fol.

Phil. Labbei ſacro ſancta Concilia. Pariſ. 1672. Tom. XV. Vol. VIII. fol.

Ioh. Domin. Manſi Collectio noua Conciliorum. Lucae, 1748 — 1752. Vol. VI. fol.

Ioſ. Harzhemii Concilia Germaniae. Colon, 1759 — 1775. Vol. X. fol.

Magnum Bullarium Romanum, cum continuationibus. Luxenburgi, 1727 — 1757. Vol. XIX. fol.

Acta Sanctorum a Menſe Ian. uſque ad Octobris initium. Antuerp. 1613 — 1780. Vol. LIII. fol.

Acta ſanctorum Martyrum orientalium et occidentalium, in duas partes diſtributa etc. Studio et opera Stephani Euodii Aſſemani. Romae, 1748. fol.

Liturgia Romana uetus; edente Lud. Anton. Muratorio. II Tomi, Venetiis, 1748. fol.

Ioſephi Aloyſii Aſſemani Codex liturgicus Eccleſiae uniuerſae etc. Romae, 1749 — 1766. Tomi XIII. Vol. VI. fol.

Blasii Vgolini Thesaurus Antiquitatum hebraicarum. Venet. 1744 seq. Tomi XXXIV. Vol. XVII. fol.

D. Martini Lutheri *sämtliche teutsche Schriften und Werke.* Iena, 1564 — 1580. Vol VIII. fol.

Eiusd. omnia opera latina. ib. 1564 — 1570. Vol. IV. fol.

Opera germanica. Wittenb. 1551 — 1559. Vol. XII. fol.

Opera germ. Altenburg. 1661 seq. Tomi X. Vol. VIII. fol.

Opera Germanica. Lips. 1729 — 1734 Tomi XXII. fol. Cum indice 1740 edito a M. Ioh. Iac. Greif.

Phil. Melanckthonis opera omnia. Witteb. 1562. Vol. IV. fol.

Desiderii Erasmi opera omnia. Lugd. Bat. 1703. Tom. X. Vol. VIII. fol.

Andreae Riueti opera theol. Roterod. 1651. Vol. III. fol.

Hug. Grotii opera theol. Amstel. 1679. Vol. II. fol.

Bibliotheca fratrum Polonorum. Vol. IX. fol.

Acta et Scripta Theol. Würtenberg. et Patriarchae Constantinop. Witteb. 1584. fol.

Collectio magna librorum fanaticorum et mysticorum.

Libri herrnhuthiani et antiherrnhuthiani.

Byzantinae historiae Scriptores. Edit. secunda. *) Venetiis, 1729 seq. Tom. XXXII. Vol. XV. fol.

Histo-

*) Editio prior Parisina est inter Solg. in Bibliotheca publica. Cat. Solg. T. I, n. 936 — 970.

Historiae britannicae saxonicae anglo danicae scriptores XV. Opera Thomae Gale. Tomi II. Oxonii, 1697, 1698. Vol. II. fol.

G. C. Ioannis Scriptores Rerum Moguntinarum. Tomi III. Francof. 1722 — 1727. Vol. III. fol.

Gesta Dei per Francos. Hanouiae, 1611. fol.

Friedrich Hortleders Handlung und Ausschreiben des teutschen Krieges. Frankf. 1617. Vol. II. fol.

Pacificatores orbis christiani, siue icones principum, ducum et legatorum, qui Monasterii atque Osnabrugae pacem Europae conciliarunt, quosque singulos ad natiuam imaginem expressit A. van Hulle. Roterodami, 1697. fol.

Ioh. Gottfr. von Mayern Acta Pacis Westphalicae, exsecutionis, et comitialia Ratisbonensia. Cum indice uniuers. Actor. Pacis Westphal. Hannouerae et Goettingae 1734 — 1740. Vol. XI. fol. fig.

Mart. Crusii Turco-Graecia. Basil. 1584. fol.

Eiusd. Germano-Graecia ib. eod. fol.

Hieron. Vecchietti de anno primitiuo ab exordio mundi ad annum Iulianum accommodato. Aug. Vindel. 1621. fol. max.

Caesaris Egassii Bulaei Historia Vniuersitatis Parisiensis. Parisiis, 1665 — 1673. Tom. VI. Vol. VI. fol.

Phil. Labbei noua Bibliotheca manuscriptorum librorum. Tomi II. Paris. 1657. Vol. II. fol.

Bernardi de Montfaucon Bibilotheca Bibliothecarum manuscriptorum noua. Tomi II. Paris. 1739. Vol. II. fol.

Eiuſd. Palaeographia graeca. ibid. 1708. fol. fig.

Dan. de Neſſel Catal. Cod. MSS. Biblioth. Caeſ. Vindob. 1690. fol. fig.

Acta Eruditorum Lipſienſia ab a. 1682 — 1770. Vol. XL. 4.

Franz Mich. Regenfus Sammlung von Muſcheln. Copenhagen, 1758. fol. max. fig. Opus ſplendidiſſ.

Aug. Ioh. Roeſel Hiſtoria Ranarum. Norimb. 1758. fol. fig.

Eiuſd. Inſecten - Beluſtigungen. Nürnberg, 1746 — 1761. Vol. IV. 4.

Kleemanni Continuationes. 4.

Th. Hyde Religio Perſarum et Medorum. Oxon. 1700. 4.

Platonis opera, gr. et lat. ex edit. Henr. Stephani. 1578. Vol. III. fol.

Ariſtotelis opera gr. et lat. Pariſ. 1639 Vol. IV. fol.

Iuſti Lipſii opera. Antuerpiae, 1637. Vol. IV. fol.

Bilibaldi Pirckheimeri opera. Francof. 1610. fol.

Pauli Aringii Roma ſubterranea. Pariſ. 1659. fol.

Alberti Dureri Vita Mariae, Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, et Apocalypſis. 1511. fol. Vol. III.

Iſaaci Caſauboni epiſtolae. Roterod. 1709. fol.

Hug. Grotii epiſtolae. Amſtel. 1687. fol.

*

Ma-

Manuſcripti libri duo ſaltem adſunt in hac Bibliotheca.

I. Volumen ſpiſſum, ſumma cum diligentia in Italia ſcriptum, in forma quarta, quod uaria continet phyſica, aſtrologica, chiromantica et magica, i e. fabuloſa, inepta, ſuperſtitioſa, puerilia. Saec. XV. Foliorum numeratorum 300; ſed deficiunt fol. 49 — 54 et folium 205. Cum uariis Figuris, Circulis atque Characteribus.

1. *Fol.* 1. Pars miſerrimae Clauiculae Salomonis. Incipit liber planetarum.

2. *Fol.* 2. b Liber de ſecretis ſecretorum dei, per quem quicquid boni uel mali homo uoluerit facere faciet.

3. *Fol.* 4. b. Libellus exorciſmi M. Petri de Abano.

4. *Fol.* 8. Libellus intitulatus de ſuffumigiis editus per magiſtrum Petrum de Abano.

5. *Fol.* 9. Incipit conſecracio omnium experimentorum.

6. *Fol.* 10. Capitulum qualiter fieri debet Madal.

Fol. 11. *Explicit hoc mirabiliſſimum opus Deo Laus. Recordare tamen Salamonis precepta diligenter in omnibus obſeruare AMEN.*

7. *Fol.* 11. b. Incipit uis conſecracionis ymaginis.

8. *Fol.* 12. Libellus horarum diei et noctis.

9. *Fol.* 13. Sequuntur de ymaginibus.

10. *Fol.* 19. Tractatus perfectiſſimus omnium thymyamatum ac ſuffumigiorum.

11. *Fol.* 23. Incipit experimentum ad mirabilia operandum.

12. *Fol.* 26. Libellus de XII altitudinibus.

13. *Fol.* 35. Vt habeas refponfum a fpiritu alicuius perfone mortue. *Rifum teneatis amici!*

14. *Fol.* 38. Incipit ars nigromantici fummi atque poeatarum Laureati principis illuftriffimi Virgilii, per quam artem omnia ad effectum perduci poffunt. Deficiunt folia 49 — 54.

15. *Fol.* 59. b. Incipiunt Confecrationes artis librorum que operantur in agromançia.

16. *Fol.* 60. b. Incipiunt Confecraciones experimentorum artis.

17. *Fol.* 62. Incipit liber horarum planetarum neceffarius arti.

18. *Fol.* 63. Libellus Alpharabii de preftigiis ad habendum refponfionem a fpiritibus cum capite et primo.

19. *Fol.* 65. Incipit mirabiliffimum fecretum quod dicitur liber centum regum.

20 *Fol.* 79. Incipit libellus optimus et ueriffimus ad inueniendum thefaurum abfconditum.

21 *Fol.* 88. *b*. Liber occultus ymaginum planetarum. Fol. 95 — 99 funt Figurae Talifmanum e characteribus litteris arabico-cuficis mixtis nullius fenfus aut fignificationis, quas ignorantes, inepti creduli que homines atque impoftores iam a Saeculo X adhibuere ad res magicas. Cf. Petri Frid. Arpe Liber de prodigiofis Naturae et Artis ope-

operibus, Talismanes et Amuleta dictis. Hamburgi, 1717. 8. pag. 48 et 106.

22. *Fol.* 100. Flos magne ac nigromantice discipline.

23. *Fol.* 108. Liber artis magice petri padubanensis. (i. e. de Apono uel Abano. † circa 1316)

24. *Fol.* 119. Incipit liber Thebit ben coran de sciencia onugarum. s. de Ymaginibus.

25. *Fol.* 130. De anulis petri padubanensis. *)

26. *Fol.* 149. Ad recludendum spiritum in anulo.

27. *Fol* 155. De mirabilibus liber incipit.

28. *Fol.* 162. Liber Hermetis philosophi.

Fol. 181 b legitur isthaec subscriptio:

Perfectus est liber quem abel Justus qui eum in lapidibus marmoreis ante diluuium celauit Jn quibus Hermes triplex post diluuium in ebron eos inuenit et eorum precepta probauit et posteris illa tradidit sicut in eorum principio iam diximus.

Explicit liber Abel Justi cum laude domini nostri ihesu xpi et eius auxilio translatus de arabico in latinum per Robertum Cestrensem. Deo gratias Amen.

*) Ineptus futilisque hic libellus, qui Abani nomen in fronte fert, secundum XXVIII mansiones lunae, aliquando etiam typis exscriptus est, inque linguam gallicam translatus, ab Huleto. O sancta credulitas pristinorum, immo nostrorum temporum cagliostrozantium!

29. *Fol* 182. Jn nomine dni Amen cui me commendo etc. hoc eſt aliquid de eo quod reſcriptum fuit a nero de dictione thebith bin currat *etc.* de ymaginibus.

30. *Fol.* 188. Secreta Alberti Magni. *Sicut uult philoſophus in pluribus locis omnis ſcientia de genere* cet.

Fol. 199. *b. Explicit ſecreta Fratris Alberti de Colonia ordini fratrum predicatorum ſuper Materiam quarundam Herbarum et quorundam lapidum et animalium bipedum et Quadrupedum.* etc. *Laus deo.*

31. *Fol.* 200. Liber artis chiromanticae.

32. *Fol.* 202. Liber coniurationum. *Hec eſt Jnuocacio ſolempnis ſpiritus qui uocatur bileth iſte enim ſpiritus eſt de ſapientoribus* etc.

Deficit folium 205.

33. *Fol.* 206. De fuga et morte murium, talparum, cimicum, ſcorpionum, muſtelarum, formicarum, pulicumque.

34. *Fol.* 209. Duo experimenta ineptiſſima ad morbum caducum, et amorem mulierum.

35. *Fol.* 209. b. De horis planetarum.

36. *Fol.* 211. b. Coniuracio ad amorem.

37. *Fol.* 213. Ad Jnuiſibilitatem, et alia ludicra atque ſuperſtitioſa.

38. *Fol.* 217. b. Opus (*magicum*) arnaldi de uilla noua.

39. *Fol.* 220. Ad Jnuiſibilitatem, cum aliis ludicris experimentis.

40. *Fol.* 221. De uirtutibus roſmarini tradite ab antiquis doctoribus ſaracenorum in primis.

41. *Fol.* 222. Varia remedia ineptiſſima.

42. *Fol.* 240. Incipit liber ſortium magiſtri tholomei ſecundum Geomanciam.

Fol. 249. *Chi ben penſa falla de Raro.*

43. *Fol.* 255. Incipit Liber phyloſophye, ſ. Prognoſtica Socratis baſilici.

44. *Fol.* 265. Liber regum fortune.

Sequuntur uaria a manu germanica exarata.

45. *Fol.* 284 — 291. Incipit tractatus quem Petrus (*de Apono*) padubanenſis conſtruxit in motu octaue ſpere.

46. Fol. 293. Iſta eſt uera pratica ad fodendum theſaurum.

Fol. 300, b. *Nota quod ſingule iſte oraciones et coniuraciones debent dici per illum deuote et attente qui eſt in circulo ceteris qui ſecum ſunt fodientibus.* Conf. *Deutſches Muſeum, Jul.* 1786, pag. 38 ſeq.

Sequitur nomen priſtini poſſeſſoris:

Joachim Graue zu
Ortemburg ꝛc. mpp.

II. Alter liber manu ſcriptus huius Bibliothecae eſt in forma octaua.

Origo et fundamentum religionis Chriſtianae.

Liber eſt a Sociniano exaratus. Inuentus fuit in ſuggeſtu templi Sebaldini depoſitus Saeculo XVII.

V.

BIBLIOTHECA EBNERIANA.

IN

AEDIBVS IMHOFIANIS

PROPE TEMPLVM S. LAVRENTIO DICATVM.



V. BIBLIOTHECA EBNERIANA.

Congessit generosiss. doctissimusque Dom. Christophorus Iacobus Imhofius († d. 24 Ian. 1726) Bibliothecam historicam Iurisque publici, in primis rerum Norimbergensium, *) quam legauit sororis suae filiis, Senatoribus splendidissimis, Dom. Hieronymo Guilielmo, et Iohanni Carolo Ebneris. Prior partem suam propriis auxit libris magnis sumtibus et indefessa cura ita, ut ista *Bibliotheca*, per multos annos collecta, cum *Museo* ornamentum rei litterariae largissimum eueniret atque splendidissimum. Tandem in tabulis testamenti († d. 26. Ian. 1752) publico usui destinauit **) Thesauri isti litterarii nunc ualde augentur curante perill. Reip. Norimb Septemuiro, Dom. Iohanne Sigismundo Hallero ab Hallerstein.

A. BI-

*) Vid. *Fränkische Acta erudita et curiosa, IV Sammlung*, p. 228 — 239. Magna cum diligentia conscribi iussit *Collectionem omnium Scriptorum, qui de origine Domus Habspurgico Austriacae scripserunt.* in fol. Hoc MS. non est in Bibliotheca Ebneriana. Nam possidebat Dom. Ioh. Carolus Ebnerus, qui etiam parauerat Historiam Imperat. Leopoldi numismaticam.

**) Vid. Ioh. Paulli Roederi Memoria Ebneriana, h. e. Vita et facta Viri perill. et generos. Domini Hieronymi Guilielmi Ebneri ab Eschenbach in Artelshofen etc. Norimb. 1753. fol.

A. BIBLIOTHECA.

CODICES MANVSCRIPTI.

In folio. Codices chartacei.

Num. 1. Liber Insignium 2300 gallicorum, anglicorum et belgicorum A. 1470 pictorum.

N. 2. a. *Rays Ulrich Schmidts von Straubingen, so er Anno 1534 aus Antorff in Indiam gethan.*

b. *Rais gen Jerusalem und in das heilig Lande Grawe Albrechts von Lewenstein und seiner Mitgefertben 1561.*

c. *Rays in das heilig Land Iohann Fuxen und Michel von Lichtenstein, Thumherrn zu Bamberg und Würzburg.* 1551.

N. 3. *Reichsmatrikul 1612, nebst einem Verzeichnisse aller und jeder Reichsstände, so viel deren in allen alten und nenen Reichs- Matriculn ausschlagsweis und Moderations-Registern zu befinden, darinn wie ein jeder Stand belegt, erhöhet, geringert &c. gemeldet wird von* Zacharias Spizkoffler, Quaestore S. R. I. et Consil. Rudolfi II.

N. 4. *Neue Canzley-Ordnung, welche Anno 1640 durch Regierung und Cammer aufgerichtet.*

N. 5. a) Commentarius super seditione Bambergensium Ciuicorum et agrestium, *mit nachvolgten Inhalt.* 1525.

b) *Der Fürsten zu Bamberg und Würzburg und der Stadt Nürnberg summarischer bestendiger Gegenbericht und verandtwortung auff des erklerten undt publicirten Echters Marggraven Albrechts von Brandenburg letzt ausgangen groß, unerber, leicbtfertig Schmachbuch &c.* 1556.

Haec

Haec Deductio impressa iam fuit A. 1555. 4. plagular. 18½. Subscripta est d. 13 Decembris 1554. Vid. *C. S. v. Holzschuber Deductions-Bibliothek von Deutschland, I Band*, Num. 631. Titulus Refutationis est: *Marggrav Albrecht des jüngern zu Brandenburg gegründete Erklärung und Bericht wider die Bischöffe zu Bamberg und Würzburg, wie auch die Nürnberger, nebst dazu gehörigen Ausschreiben.* Vid. *Deduct. Biblioth. III Band*, Num. 6531.

c) Cuiusdam Religiosi tractatus contra iacula, sacram et immaculatam Virginis Mariae conceptionem uolitantia, cum quibusdam quaestionibus Theologicis ac disputationibus iuridicis.

N. 6. *Landtafel des Fürstenthums Ober- und Nieder-Bayrn darin ligende und zugehörige Gericht, Stedt, Märkt, Herrschaften, Clöster &c.*

N. 7. *Chur- und Fürstliche Pfälzische und Bairische Genealogia durch Wiguleum Hundt zusammen gezogen, mit andern zur Pfälzbayrischen Historie und Genealogie gehörigen Sachen.*

Wigulei Hundts bayrisches Stammbuch ist bekanntermassen in 4 Theilen zu Ingolstadt 1585 und 86 in fol. gedruckt. Der dritte Theil ist im MS. in der Krafftischen Familien-Bibliotheck zu Ulm. Vid. Schelhornii Amoenit. litter. T. III, p. 58.

N. 8 *und* 9. Achatii Hüls (nat. 1534. denat. 1614) Translatio latina Bibliorum, e graeco sermone. 1608 — 1612. Sed merum est glaucoma. Nam tota ista Versio descripta est ab Achatio Hülsio e Bibliis polyglottis, Antuerpiae editis a. 1565 seq. in fol. mai. ex officina Christophori

ſtophori Plantini. Noui Teſtamenti uerſio eſt deſumta e Bezae uerſione.

N. 10. *Matthaei von Pappenheim Hiſtoriſche Beſchreibung des Geſchlechts der Truchſeſſen von Waldburg. bis auf Georg den 78ſten.* 1526.

N. 11. a. *Verſchiedene Verein und Ordnungen der Geſellſchafft St. Georgen-Schilds an der Donau, von A.* 1470 — 1482.

b. *Ein alter Türkenzug und Ordnung A.* 1466 *zu Nürnberg fürgenommen.*

N. 12. De rebus Croatarum Tractatus. *Mancus.*

N. 13. *Melchiors Oſſa Bedenken, dem Churfürſten in Sachſen, Auguſt, übergeben.*

N. 14. *Wolf von Witziſowitz Rechte und Ordnungen des Landes zu Böheim,* wie *ſolche unter Kaiſer Maximilian II, auf Anhalten der Landſtände verbeſſert und vermehrt* worden, *mit einverleibten unterſchiedlichen Verträgen A.* 1564.

N. 15 — 17. Miſcellaneorum Imperii Tom. I. de Anno 1663 — 1666.
Tom. II. 1664 — 1674.
Tom. III. 1660 — 1681.

N. 18 — 20. *Regensburgiſcher Reichstags - Actorum* T. I. 1662 — 1666.
T. II. 1666 — 1672.
T. III. 1672 — 1675.

N. 21. *Die Uffſatzungen der Brieff und Recht der ſtatt Straſsburg &c.* 1470. Initium horum Statutorum reperitur in

in Schilteri notis ad Koenigshoferi Chron. Alſatiae, pag. 700.

N. 22. a) *Proceſs-Formulare des Kayſerlichen Hofgerichts zu Rotweil.*

b) *Concept der Relation der gehaltenen Viſitation des Cammergerichts* 1556.

c) Formularia Proceſſus cameralis. Prothocollum cum productis actorum in *Sachen des Herrn Arnolds Graven zu Bentheim*, contra *den Herrn Fürſten Franzen Biſchoffen zu Münſter*, in cauſa primi Mandati *Horſtmar betreffend.* Anno 1548.

d) *Articulirte Clag Marquart von Stein &c. Neuburg*, 4 *May* 1563.

N. 23. *Chronica der Stadt Neumark, in der obern Pfalz.* 1567. *Sie gehet bis* 1300.

N. 24. *Geſchriebene Zeitungen vom J.* 1582 — 1591.

N. 25. Lectio Domini Iaſonis, Doctoris Celeberrimi, manuſcripta, ſuper Codice. Ex libris Ioannis Conradi a Vhorburg. 1586.

N. 26 *und* 27. *Ioh. Iak. Fuggers Oeſterreichiſches Ehrenwerk.* Tom. II *von* 1386. Tom. III *von* 1463 — 1485. *Aus der Bibliothek Ioh. Baptiſt Suttingers, in Thürnhof, Canzlers, und zu Anfang Directoris dieſes Werkes.*

N. 28. Liber figurarum aſtronomicar. 1520 et 1522 fol. reg.

N. 29 *und* 30. *Eberhard Windecks Hiſtorie des Lebens Kaiſers Siegmunds, mit gemalten Figuren.* 2 *Bände, in der Mitte defect.* Saec. XV.

N. 31. Vid. MSS. *Arabica.*

N. 32. *Ein altes gemaltes Wappenbuch* Saec. XV.

N. 33. *Chronica des Hochlöbl. Erzstiffts Salzburg, darinnen erstlich von Gelegenheit, Art und Gestalt des Erzstiffts gehandelt wird, und dann die Bischöffe und Erzbischöffe von St. Rudbert bis auf Iohann Iacob den 22sten, nemlich von 537 bis 1665.*

N. 34. *Ein Wappenbuch* Saec. XVI, XVII *und* XVIII.

N. 35. *Ursprung, Ordnungen und Urkunden der Gan-Erben des Schlosses zum Rothenberg, in der Obern Pfalz von 1360, nebst einem alphabetischen Verzeichnisse solcher Geschlechte von 1478 her. Mit vielen Prospecten und Actenstücken.*

N. 36 — 40. Opera miscellanea Iosephi Guilielmi S. R. Imp. L. B. de Bertram, S. Caes. mai. Cons. Imp. Aul. V Tomis.

Tom. I. latinus, historico-litterarius.

Tom. II. latino-germanicus, iuridicus.

Tom. III. germanicus, historico-epistolicus.

Tom. IV. gallicus. Recueil sur les Ambassadeurs, et Ministres publiques; (*erat iam impressus*) cum multis litteris gallicis statisticis.

Tom. V. italicus, Politica uaria, et epistolas continet.

N. 41. a et b. *Geistreiche Gesänge und Lieder auf alle Sonntags-Evangelien und Episteln.* V Tomi. cum figuris aeneis.

N. 42. *Hochfürstlich-Bambergisch- und Würzburgisches Zeitregister, das ist, ausführliche Beschreibung beyder Hochlöblicher Stifter Anfang, Stiftungen, Herren Bischöffen &c. bis 1680.*

N. 43.

N. 43. *Ein Band schöner Stücke zur Historie der Stadt Regenspurg gehörig.*

N. 44. Miscellanea s. Collectanea philologica Ioh. Georgii Richteri, ICti. *Sunt Excerpta e Libris.*

N. 45. Miscellanea Imperii, a Richteris, Patre et Filio, ICtis, collecta. Vid. N. 50 — 52.

N. 46. Hub. Giphanii, ICti, Tractatus de Iudiciis, s. Ordine Iudiciorum, publice propositus in Academia Ingolstadiana.

N. 47. a) Varia Consilia ex Iure publico.

b) *Allerley Verträg der frenkischen Ritterschafft.*

N. 48. a) *Beschreibung des Fr. Pf. Landgerichts Sulzbach auf dem Nortgau, in sechs unterschiedlichen Libelln, auf gnädigen Bevelch der Durchlauchtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herrn Philips Ludwig, und Herrn Otto Heinrichens &c. durch Christophorum Vogelium, Pfarrern zu Regenstauff.* a. 1603.

b) *Verzeichnus der Landstände des Fürstenthum Neuburgs, wie sie uff den 6ten Octob. 1652 zum Landtag beschrieben waren.*

N. 49. a) *Catalogus und Wappenbuch etlicher Kaiserlicher Räth und Regenten des Regiments der Nieder Oesterreichischen Lande vom Herren- Ritter- und Gelehrten-Stand, so viel deren unter Kaisern Ferdinand I, Maximilian II, und Rudolph II von A. C. 1529 an, mit etlichen ihren Symbolis und Landsarth, auch Dienst- und Absterbenszeit erkundigt worden, durch Wilhelm Bernharden von Friedeshaimb &c. bis A. C. 1607 colligirt.*

b) Idem Catalogus *von K. Matthiae Regierungs Antrettung von A. C. 1608 — 1658 zusammen zu richten bevolben durch den Herrn Grafen Paul Sixt Trautson.*

N. 50 — 52. Loci communes cum indice a Georgio Richtero conſcripti. Vid. N. 45.

N. 53. Anonymi Collegium feudale, d. 26 Maii 1612 conſcriptum.

N. 54. *Hiſtoriſche Collectanea, oder Quodlibeta von ziemlich ſchlechter Art.* 1663.

N. 55. a) Loci communes camerales, ex Symphorematе Adriani Gylmanni *) collecti.

b) *von der Nachſteuer der Profeſſorum zu Altdorf. Ein Bedenken Conſ. Dilherrn vom 25 Nov.* 1673.

N. 56. *Handlung uff dem Landtage zu Torgau den 3* Septembris A. 1576 *ergangen. Item vom 20 Oct.* 1588. *vom 22. Febr.* 1592. *&c.*

N. 57. *Hiſtori der Biſchoffen zu Wirtzburg durch Lorenz Frieſen, Fürſtlichen Rath und Secretari zuſammenbracht und geſchrieben, bis* 1546.

58. a) *Weiſſenburgiſche Chronik, vom Iahre 790 bis 1700 &c. von M. Iohann Alexander Döderlein.*

b) Eiuſdem *kurze Nachricht von der Stadt Weiſſenburg am Nordgau.*

59. Laurentii Kirchouii et celeberrimarum Academiarum Conſilia, ſ. Reſponſa. Tomi V. Impreſſa fuere Francofurti 1594. fol.

60. *Iohannis von Mandauilla Reiſebeſchreibung in das gelobte Land.* 1415. Scr. per Nicolaum Hohenſtat de Winnpia, Preſbyterum Bambergenſem.

61.

*) i. e. Ioh. Theobaldi Schoenvvetter, bibliopolae Francof. 1604. fol. ſ. potius Paulli Matthiae Wehneri.

61. *Unterschiedliche Spiel und Vorstellungen des Dam-Spiels, von Wolfgang Schmidt, Cristall- und Glasschneidern,* A. 1700.

62. *Nachrichten von der löbl. Reichsstadt Schwäbisch Hall.*

63. Virgilii Bucolica, Georgica, et Aeneis, cum glossis interlinearibus. Incipit a uersu 55 Eclogae I. Finitur uersu 358 Libri XII Aeneidos. Saec. XV.

64. *Des Hochgefreyten löbl. Stiffts Würzburg Ursprung &c. kurze und wahrhaftige Anzaigung bis 1546.* Auctore Iohanne Reinhardo.

65. Collectanea numismatica Dom. Christoph. Iac. Imhof. Vid. supra, pag. 61.

66. Cronica di tutti li Dosi (Dogi) Venetiani; usque ad Annum 1554. Cum Insignibus eorum.

67. Idem Chronicon, cum Continuatione usque ad A. 1612.

68. Tomus decretorum Regum Hungariae, a Paullo de Gregoriiancz, Episcopo Zagrabiensi et Iauriensi collectus.

69. Miscellanea iudicatorum in Iudicio Camerae Imperialis de A. 1560.

70. *Nachrichten von dem Hörmannischen Geschlecht und dessen Adel.*

71. Uniuersalis Hispaniae Tractatio, cum multis ueterum inscriptionibus. *E libris, praecipue e Gruteri Thesauro Inscriptionum.*

72. a) *Das Puech der Heiligenn Patriarchen und Vätter der Weyssagenn.*

b) *Ein Landrecht Puech.* Saec. XV.

73. *Widerlegung der Argumente der Prinzessinn Wilhelmine von Culmbach wider ihre Frau Mutter wegen 4000 jährlicher Gulden; von Albert Ioseph Grafen von Hoditz.*

74. a) *Die Klag der Universität wider den Rath zu Wien.*

b) *Von dienstparn oder zinsparn Gründen.* Saec. XVI.

75. *Bayrisches Landgericht von 1616.*

76. *Biblische Historien in alten deutschen Reimen, von Anfang der Bibel biss auf König Salomon, mit gemalten Figuren.* Saec. XV.

77. a) *Das hohe Lied Salomons in drey Büchern erklärt.*

b) *Der Kuttenmann von drey Wegen, durch die man zur Vollkommenheit kommt.*

c) *Das Buch der Liebkosung St. Augustini.*

d) *Ein gar gute Beicht von von verporgen Sünden.* Scr. *Ydelheit Stroserin bey St. Claren in Nürnberg 1472.*

78. *Cronica der Markgrafen von Meichsen &c. nach laut der Cronica auf St. Petersperg, von 800 — 1488.*

79. Liber Insignium Regionum, atque clenodiorum Regni Poloniae, s. Regni Poloniae ducatuum Insignia s. arma. 1575.

80. a) *Spigel des menschlichen Lebens Roderici de Hispania Episcopi Zamorensis, verteutscht durch Heinrich Steinhöwel Doctor in der Arzney &c. (Augsburg, durch Günther Zainer, 1475)*

b) *Alberti von Eybe* I. V. D. *ob einem manne sey zu nemen ein eelichs weyb oder nit. Nürnberg, 1472* *).

c) MS.

*) ap. Ant. Koburger. Secunda uice impressit Günther Zainer Aug. Vindel.

c) MS. *Cronike der Römer beschrieben von Bruder Mertein, Penitencier und Caplan, um das Iahr 1431.* Impressa postea Augustae Vindel. apud Ioh. Bämler, 1473. in fol.

81. *Die Bibel der armen;* s. Compendium Bibliorum Vet. et Noui Testamenti. Saec. XV.

82. Vid. Codices arab.

83. Statuta *der Erzbrüderschaft* S. Trinitatis de Redemtione Captiuorum, et Beatae Mariae Virginis de Remedio. A. 1663.

84. *Bambergischer Moderationsgesuch in der Reichs-Matricul de A. 1551, 1555, 1556, 1557, 1566, 1567 und 1568.*

85. Relatio de Captiuitate Philippi Camerarii, et Petri Rieteri Romana &c. A. 1565. Impressa est una cum Selectis quibusdam ex Epistolis uirorum celebrium ad Dom. Phil. Camerarium in Ioh. Georgii Schelhornii Commentario de uita, fatis, ae meritis Philippi Camerarii &c. Norimb. 1740. 4. pag. 169 seq. Nouem particulas Centuriae quartae Phil. Camerarii Horarum subcisiuarum MS. in ista Bibliotheca, commemorat Apinus, in Vitis Procancellariorum Academiae Altdorfinae, 1721. 4.

86. *Chronica über die Herrschaft Trautenau, bis zum J. 1056. Von Simon Hüttel, Maler zu Trautenau, seines Alters 65 Jahr. Geschrieben 1592.*

87. *Chronik der Städte Bern und Friburg.* Saec. XV.

Vindel. eod. anno. Vid. meum Diarium, s. *Journal zur Kunstgeschichte und zur allgem. Litteratur, II Theil, pag. 393.*

88. *Pappenheimisches Saalbuch, 1542 aufgerichtet, und 1595 erneuert durch Haunsen von Eyb &c.*

89. *Ein schön gemaltes Wappenbuch.*

90. *Das Leben verschiedener Heiligen.* Saec. XV.

91. *Das Leben der Erzbischöffe und Churfürsten zu Cölln, durch I M, F V. H. Römisch Kaiserl. Majest. Rath und Truchsessen &c. Vom J. 83 — 1688.*

92. *Arzney Buch.* Saec. XVII.

93. *Nürnbergische Chronik in teutschen Versen, mit den Wappen der geadelten Geschlechter.* Saec. XVI.

94. *Vertrag zwischen Chursachsen, und dem Dom-Capitel zu Halberstadt über die Grafschafft Mansfeld 1573. Ferner mit dem Erzstifft Magdeburg, A. 1579.*

95. *Collectanea aus verschiedenen gedruckten Büchern.*

96. *Diarium der italienischen Reise des Churprinzen von Bayern, von 1715 und 1716.*

97 Architectura defensionis offensionisque, *von Tobias Fürlegern,* Norimberg.

98. *Beschreibung der Ottomannischen Monarchie, und Vorschlag, wie sie könnte ausgetilget werden, mit sauber gezeichneten Vorstellungen einiger Städte &c. 1649.*

99. a) *Die 24 guldin Harpffen aus der Offenbarung Johannis und* Collationibus Patrum *beschrieben. Von Hans Nider,* Ord. Praedicator. 1442.

b) *Von der Liebhabung Gottes.*

c) *Von vier Einsprüchen 1) Gottes, 2) der Engel, 3) des Teufels, und 4) der Natur.*

Dar-

Darnach hebt sich an ein Tractat, von der Unterscheidung der Geist, des würdigen und erleuchten Meister Heinrich von Hessen, der den Tractat gemacht hat &c. 1495.

d) *Von Kampfkriegen der Vernunft.*

100. a) *Beschreibung der Krönung Ferdinands III, und seiner Gemahlin zu Regensburg, 1637; durch Iohann Hauer, Maler und Kunsthändler.* Cum tabulis aeneis.

b) *Von dem Heiligthum, wie es alle Jahr in Nürnberg ausgeruffen, und gewiesen* wurde. Est apographum ex edit. 1493.

c) *Die hystori des Lebens sterbens and* wunderwerk *Sebaldi &c.*

101. *Die Psalmen Davids, lateinisch und deutsch.* Saec. XV.

102. *Auszug der Chroniken von Oesterreich, mit gemalten Wappen.*

103. a. *K. Friederichs III Reformation des heimlichen Gerichts.* Saec. XV.

b. *Caroli IV güldene Bulle.* Saec. XV.

c. Sigismundi Reformatio ecclesiastica.

104 Biblia Vulgata a libro Esdrae incipientia usque ad finem N. T. Saec. XV.

105. *Anonymi sonderbare Vorschläge, auf* was *Art Kaiserl. Majestät ein groses Kriegsheer, sonderlich* wider *den Türken, zusammen bringen könne,* was *solches kosten* würde, *und welche Ordnung dabey zu beobachten* wäre. *Mit gemalten Figuren.* 1527.

106. Vigilii Ruber, Sterzingensis, *Malers, Wappenbuch.* Sunt 7244 Insignia picta.

107. Anonymi Explicationes Euangeliorum. Saec. XV.

108. Io. de Dobergo Poſtilla. Saec. XV.

109. *Ein Landrechtbuch, und dann ein Lebenbuch.* Eſt pars Speculi Sueuici. (Vid. MSS. in 4to. Num. 12.) Saec. XV.

110. Grammatica Italica et germanica. Foliorum 98. Scr. A. 1423. Fol. 91 b. legitur litteris rubris:

Explicit mercatum quod eſt ſcholaribus ualde gratum.
In quo utiliſſimum ſcripſimus theothonicum
Ad ſatiſſaciendum precibus quorundam intimorum.

Fol. 98:

Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum domine uiuat.
Viuat in celis liopoldus in nomine felix.
Anno mileſimo quadraginteſimo uiceſimo tercio die 16 febr.

111. a) Iacob. de Theramo de uictoria Chriſti contra Satanam. Johannes meyſſener de rochlitz ſcripſit anno domini 1467.

b) Fr. Hermanni de Stildtitz Tract. contra Leoniſtas ſ. pauperes de Lugduno haereticos, dicentes, Miſſae comparationem eſſe ſpeciem Simoniae, et nil ualere. 1471.

c) Fr. Simonis de Cremona, Ord. fratr. Eremitar. S. Auguſtini, (1360) Opus praedicabile ad populum ſuper epiſtolas dominicales. 1463. *)

d) Henrici de Haſſia Tractatus ſub figura diuerſarum picturarum. 1483.

e) Je-

*) Impreſſum fuit Reutlingae, 1484. fol.

e) Jeronimi liber ad Susannam de lapsu uirginis consecratae.

f) Alph. Bonihominis, Hispani, Ord. Praedicator. epistola Mag. Samuelis, Iudaei Fessani, (Saec. XI) ad Rabbi Isaac magistrum Synagogae ciuitatis Fessanae. Ex Arabico. Scr. Saec. XV. *Ego frater alfonsus boni hominis hispanus* *) *hunc Libellum antiquissimum qui nuper casu devenit ad manus meas et fuerat iam tot temporibus occultatus nova translacione de arabico in latinum per me interpretatum per unum xenium vobis transmitto. Sciendum autem quod inter iudeos multum gloriantur illi qui arabicarum obtinent periciam litterarum tum quia ille littere sunt in antiquorum philosophorum scienciis copiose tum quia in eis utpote paucis iudeis pauciotibus christianis notis. confidenter secreta sua que volunt aliis occultari. Qua eciam de causa ex ipso Iudeus iste licet cathecumenus auctor huius libri non ipsum Ebreo sermone sed arabico annotauit. Scilicet quod tarde uel cito secreta reuelentur juxta sententiam saluatoris Ego uero in transferendo ipsum auctoritates ab isto iudeo inductas scripsi in locis suis in arabico et latino prout habetur in nostra translacione secundum beatum Jeronimum seu prout iste iudeus scripsit quando composuit illud opus et hoc feci ne aliquis posset michi imponere quod ego in texto presumserim aliquid addere uel diminuere uel eciam immutare Et super hoc erunt omnes qui sciunt arabicam ueri testes et hoc ideo dico quod iudeus iste nostras translaciones non sequitur ut in processu uidebitur me autem oportuit ipsum exponere in latino prout ipse loquitur in arabico eius modum loquendi quantum est possibile et ordinem obseruando alias non interpres eius sed corruptor sui libri merito possem*

*) Vixit A. 1337.

ſtm dici nec iudei ſi uiderent ipſum librum in utraque lingua deſcriptum tam conuincerentur per eum ſi auctoritates in latino ab hoc deſcripto in arabico diſcordarent In nomine domini miſeratoris omnia in quo ſperamus.

Incipit epiſtola translata de arabico in latinum per fratrem alfonſum boni hominis Hiſpanum ordine predicatorum Que epiſtola cuius ſit edicte et quod et ad quod valeat prohemiolum ipſius epiſtole et narratio eius plenius declarabunt cum titulo qui eſt talis Epiſtola quam ſcripſit magiſter Samuel iſrahelita de Fez ciuitate oriundus regis marrochitani ad rabi Iſaac magiſtrum Synagoge que eſt iſta in linea in regno predicto.

Conſeruet te deus o frater et permanere te faciat uſque quo finietur captiuitas noſtra et congregetur iſta diſperſio noſtra et appropinquet ſpes noſtra et ſignet Deus beneplacitum ſuper vitam noſtram amen.

Nam expertus ſum quod pulchritudo ſciencie huius eſt in te et tu es noſtra ſpes certificacionis in dubiis legis et prophetarum cum tuis expoſicionibus gratioſis Verum ego particeps doctrine tue tibi expono eſtus cordis mei ſuper illis que legis ſunt et prophetarum ſuper quibus ſum anxior cum timore Qua propter recurro ad habundantem ſcientiam tuam et mitto tibi libellum iſtum ſperans per te deo volente in veritate confirmari et in hiis dubiis declarari.

Finitur iſthaec epiſtola ita:

Sed hec captiuitas iam peruenit uſque ad complementum mille annorum Nec eſt Daniel nobiscum Et omnes tribus nulla excepta ſunt in diſperſione elongate a domo ſancta Signum unum eſt

eſt euidens quod peccatum tum perſeueret in nobis perſeuerabit et ira dei ſuper gentem noſtram ſine ſpe eternum expectamus. Saepius eſt impreſſa. Vid. Wolfii Bibl. hebr. Vol. III, pag. 1100.

g) Explicatio Euangelii feſto die Annunciat. Mariae. Saec. XV.

112. *Wappen des Venetianiſchen Adels.* 1602.

113. *Anonymi Leben der alten gedultigen Philoſophen, und wie ſie mit Gedult gros Lob, Weisheit, und ein ewigs Seelgeräth und Gedächtniſs gemacht und erworben haben.* Saec. XV.

114. *Siegmund Meyſterlins Chronik der Stadt Augsburg.* 1457. Cum figuris illuminatis.

115. *M. Ioh. Hartlieb*, Med. D. *Ueberſetzung Euſebii* de Alexandro Magno, *zu Ehren Herzog Albrechts in Baiern und Annä von Braunſchweig ſeiner Gemahlinn.* (Cum ſpatiis figurarum) *Deo gracias· Iohannes Currificis.* 1464.

116. *Calender und Practica vom Iahr 1466.*

117. In membrana. Codex hebraicus ueteris Teſtamenti. Saec. XIII. Continet

1) maximam partem Pentateuchi, qui etiam uerſionem aramaeam Onkeloſi habet, ita, ut ſingulis uerſibus hebraeis, per ſillukum finitis, ſtatim uerſio aramaea ſubiiciatur, excepto cantico maris, ubi aramaea praeter orationem hebraeam quaſi in margine minoribus elementis cernuntur. Verſio Onkeloſi uocalibus quidem eſt inſtructa, ſed accentibus, praeter ſillukum, deſtituitur. Incipit a uoce aramaea ועמרה commatis 11, Capitis XIV Geneſeos, ac terminatur uoce hebraea ותירשך commatis 17, Capitis XII Deuteron.

2) Ha-

2) Haphtharas quasdam, s. lectiones propheticas. Prima, quae hic adest, exstat I Sam. II; initium haphtharae, quae alias u. 18 incipit, et cum fine capitis terminatur, in codice isto deest. Adest enim ex ea uox הֹחצים uersus 21. Vltima uero haphthara hic est illa, quae die festo laetitiae legis recitatur.

3) Megilloth, nempe Librum Ruth totum; Cantici Canticorum particulam, a uocabulo ועלמות uersus 8 Capitis VI usque ad finem; Ecclesiasten; Librum Esther; Threnos; Iobum, qui uoce שדי uersus 2 Cap. XXXII finitur.

Quaelibet pagina tribus aequalibus columnis constat, et unaquaeque columna triginta uersibus siue lineis absoluitur, nisi id pictura aliqua masorethica impediat. Habet totus hic codex masoram paruam et magnam. Magna haud raro figuris comprehenditur, quarum limites uoces Masorae sunt. Conueniunt eae interdum argumentis eorum locorum ubi cernuntur; saepius autem ex arbitrio scribae fictae sunt. Nomen יהוה per compendium duobus " exaratum est, quibus lineola utrimque incuruata super imposita cernitur. Litterae בגדכפת raphe habent, ubi earum adspiratio manet; saepe tamen eo etiam destituuntur, ubi esse debere uidetur. Gerunt etiam litterae ל et ש raphe ad indicandum, eas tunc sine dagesch esse efferendas. In uersione Aramaea compendiose haud raro scribitur ישר' pro ישראל.

Litterae huius Codicis sunt nigerrimae; puncta autem et masora pallent. Adsunt quoque litterae maiores primae uocis, ubi noua incipit parascha, aut nouus liber, aut noua haphthara Nec deest Keri et Ketibh.

Vid.

Vid. Cel. Dom. Ioh. Andr. Mich. Nagelii diff. de tribus Codicibus MSS. hebraicis. Altdorfii, 1749. 4. et Diff. de duobus Codicibus MSS. V. T. Bibliothecae publicae Norimbergensis, cum Specimine uariae Lectionis ex quatuor Codicibus (*nimirum hisce duobus Ebnerianis, et duobus Biblioth. publicae*) MSS. V. T. Altdorfii, 1769. 4. *Hamburg. Berichte von gelehrten Sachen*, 1750, pag. 105 seq.

118. Vid. MSS. oriental.

119. *Thailzettel Hrn. Jacob Im Hofs über sein anerstorben vätterlich und Muetterlich Erbgut verlauttendt.* Anno 1580.

120. In membrana. Codex hebraicus Saeculi XII, cum punctis, uocalibus, et Masora parua, cum quibusdam notis ex Masora magna. Masorae uerba et signa magis pallent, quam puncta. Nulla uero hic adest haphthararum nota et indicatio. Adest uero קרי et כתיב. Hic Codex maioris adhuc antiquitatis speciem prae se fert, quam prior. Membrana est tenuis. יהוה suis exaratur litteris. Initium habet a uoce המלך commatis 24 cap. XX, *I Samuelis*. Finitum librum posteriorem *Samuelis* sequitur *Ieremias*. *) In eodem folio, quo *Ieremias* terminatur, in media fere pagina aduersa incipiunt duo libri regum, post quos occurrit *Ezechielis* pars. Exit enim hic liber uocibus לב להם u. 19. Cap. XI. Deinde legitur pars *Iesaiae*, quae uocabulo נשתה u. 17 Cap. XXXXI orditur, atque passim manca usque ad finem *Iesaiae* pro-

*) Vid. Cel. *Nagelii* Differtatio philologica in uariantes Lectiones XXV Capitum priorum *Ieremiae* ex duobus Codicibus (*nimirum e Solgeriano* in Biblioth. publ. *et hocce secundo Codice Ebneriano*) MSS. hebr. desumtas, Altdorfii, 1772. 4.

prorogatur. Porro continuo ſermone adſunt 12 *prophetae minores.* Finito *Micha*, legitur uox חצי, *dimidium*, qua indicatur, iam dimidiam partem ἁ..δεκαπροφητου finitam eſſe. Statim autem poſt duarum linearum uacuum ſpatium, orditur ſcriba uatem *Nahum.* His ſuccedit libellus *Ruth. Pſalmi* in V libros, *) more Iudaeorum, diuiſi non ſunt. Numerantur tamen litteris hebraeis, ſed a recentiori manu ſcriptis, uſque ad pſalmum LXXXVII. Pſ. XXII, u. 17 uox illa uexata hic ita ſcribitur כָּארִי. Pſalmos comitatur *Iobus.* Huic ſubnectuntur *Salomonis prouerbia* cum *eccleſiaſte* et *cantico canticorum.* Poſtea cernuntur *threni*, quos ſequitur *Daniel*, hunc *Eſtherae* hiſtoria uſque ad uocem ונבזו: u. 5, Cap. IX. Deinde adeſt pars *Eſrae* a uoce לאצר uerſus 69, Capitis V, uſque ad uocem השיכה u. 24, Cap. VIII. Porro legitur *Nehemias*, praeter ea, quae uocem הנורא u. 5, Cap. I antecedunt. Huic iungitur pars libri prioris *Chronicorum*, quae uſque ad uocabulum כסף u. 6, Cap XIX pertinet; et hic Codex noſter terminatur, cuius paginae in tres diuiduntur columnae. Solo conſtat ſermone hebraeo. Character eſt expreſſus et perſpicuus, ac niger; uocales et accentus minus palloris habent, quam in priori codice, cui tamen elegantia cedit. Sic Celeberrimus *Nagelius*, qui praeterea in Diſſ. de duobus Codicibus V. T. Bibl. publ. §. XXIII, ita iudicat: Codicem Ebnerianum II, ſi litteras et uoces ſpectes, Codici Norimb. I (i. e. *Solgeriano*) poſtponimus, Ebneriano autem I aequalem habemus. Sin ad puncta et ſcripta, ſiue כתיבן, attendas, omnibus ante dictis codicibus eum anteferimus. In punctis enim ualde accuratus eſt, et multa

*) Vid. *Wolfii* Biblioth. hebr. T. II, p. 113.

ta singularia habet, ac crebro in contextu ea rectiora in ipso leguntur, quae alii libri in margine continent, et praesertim *raphe* creberrime habet, ut credamus, illum prae aliis multis libris haud pauca ueteris ortographiae et pronunciationis uestigia seruare. Iudice *Kennicotto* iste codex antiquissimis ac praestantissimis est accensendus. Scriptura similis Sangermanensis codicis secundi, num. 366, et celeberrimi Reuchlini codicis, A. 1106 scripti, (num. 154 apud Kennic.) qui est in Biblioth. publ. Carlsruh. Vid. num. citat. apud Kennicot. operis biblici V. T. Tomo II, (Oxonii, 1780 fol. max.) et in Vol. I uariarum Lectionum Veteris Testamenti &c. opera *Ioh. Bernh. De-Rossi.* Parmae, 1784. 4 max. pag. LXX.

121. Ptolemaei Geographia. Latine. Codex Saeculo XV scriptus, splendidissimus, in folio regali, 103 foliorum. In membrana.

Descripsit eum doctiss. Georgius Martinus Raidelius, (quem hic sequor) in sua Commentatione critico-litteraria, de Claudii Ptolemaei Geographia, eiusque Codicibus tam manuscriptis, quam typis expressis. Norimb. 1737. 4. Cap. IV, pag. 26 — 33. In margine inferiore primi folii conspicua sunt insignia primi possessoris. Nam eruditi, prae aliis opibus ualentes, consueuerant olim insignia, elegantissimis expressa picturis, Libris, qui aliquo essent pretio, praefigere: id quod praeter alia innumera exempla, e Cypriani Catal. Bibl. Gothanae, p. 20. Nesselii Catal. Bibl. Vindobon. P. V, p. 4, 5. P. VII, p. 73, 74, 102, et Lib. IX. ap. Schelhorn. in Amoenitat. litterar. T. V, p. 104 patet. Ipsa huius Codicis insignia exhibent con-

ſpiciendum ſcutum, fere quadrangulum, in cuſpidem deſi-nens, et corona laurea circumdatum; cui telamonis loco, ut uocant Heraldici, adeſt genius, ſiue angelus, deſuper dextra tenens coronam, ſiniſtra uero ſcutum coronae huic incluſum. In ipſius ſcuti parte inferiore tres apparent montes, ex quorum medio, inter duos eminente, ſurgit arbor, eaque, ni fallor, laurus. Intra coronam, alteri ſcuti lateri adſcripta eſt littera L, altteri uero B, quibus litteris primus Codicis Poſſeſſor ſine dubio deſignatur.

Litterae quorumuis Librorum et Capitum initiales ſunt auro uariisque coloribus artificioſiſſime pictae. Reliqua Scriptura uenuſta quidem accurataque eſt, nec tamen Saeculum XV excedit: id quod partim cognoſcitur ex aetate, qua Tabulae, Codici adiectae, ſunt delineatae, partim uero ex Scriptura ipſa.

Omnes fere Codices Latini, qui adhuc ſuperſunt, perhibent dedicationem ad Pontif. Max. Alexandrum V eſſe directam: in Codice uero noſtro haec leguntur dedicationis uerba initialia:

BEATISSIMO PATRI INNOCEN-
TIO QVINTO· PONTIFICI MA-
XIMO· IACOBVS ANGELVS·

Errorem a librario fuiſſe in deſcribendo commiſſum, ii coniicient, quibus ſeries Pontificum Romanorum eſt cognita. Innocentius enim, qui uulgo quintus audit, iam A. 1276 diem ſuum obiit. Iacobus uero Angelus ſub initium Saeculi XV floruit. Sed refragantibus quamuis tot aliis Codicibus, auctoritatem tamen Ebneriani ex parte ſtabi-

ſtabilire poſſumus. Etenim, non omnes inter ſe conueniunt, in numerandis Pontificibus: immo ipſi Pontifices interdum dubitant de numero nominibus ſuis adiiciendo; quale exemplum in Benedicto XIII noſtro tempore occurrit. Num enim is *decimus tertius*, an uero *decimus quartus* debuerit ſalutari, initio haerebant: et recte quidem, quoniam Innocentius VII in Diplomate ap. Vghellium Ital. Sacr. T. IV, p. 806 Benedictum, qui Antipapam habebat Gregorium XII, iam decimum tertium appellarit. Forte igitur, ſi coniecturis locus dandus, Iacobus Angelus, qui munus Secretarii ab Innocentio petierat, teſte Leonh. Bruno Aretino L. I, Epiſt. I, pag. 1 et 2 edit. recentiſſ. Hamburg. de A. 1724, obtinendi illius cauſa, Pontifici hunc ſuum laborem inſcribere uoluit: quo fatis functo, et Verſione non dum ad finem perducta, Alexandro V eam dedicauit, cuius nomen in omnibus expreſſum legitur Codicibus. Librarius autem Ebnerianum deſcribens exemplar, retento numero, Alexandri nomini, in ordine Pontificum, conueniente, nomen Innocentii ſubſtituit, adeoque errorem commiſit. Id quod eo magis probabile mihi uidetur, quoniam ad titulos librorum aut dedicationum deſcribendos, antiquiſſimis temporibus adhibebantur Chryſographi, qui eos membranae purpureae litteris inſcribebant aureis, referente Montfauc. in Palaeogr. Graeca L. I, C. I, p. 4 ſeq. et diuerſi erant a Calligraphis. Hi aut nimis incurii, aut aliis rebus intenti, facile errare potuerunt; ut plura exempla, in aliis Codicibus obuia, docent. Cum igitur in memorato Codice Ebneriano ea pars membranae, cui uerba, ſuperius adducta, deprehenduntur inſcripta, minio ſit picta, primae autem Calligraphiae indicia adhuc pelluceant, facile

le fieri potuit, ut Chryfographus tincta iam membrana, ueri nominis oblitus, aliud loco eius fubftituerit.

Infcriptionem hanc ipfa fequitur dedicatio, quam, cum in Bononienfi, aliisque exftet editionibus, huc transfcribere nolo. Excipit eam textus ipfe, complectens ueram et genuinam Iacobi Angeli uerfionem; quae in Romana et reliquis editionibus non nihil fuit emendata, in fola autem Bononienfi editione, non 1462, fed potius 1482 typis expreffa, quantum ego coniicio, incorrupta legitur. Caufa uero emendationis in plerisque editionibus fuit diuerfitas Meridiani: Ptolemaeus enim fecundum Meridianum Alexandrinum omnia loca dimenfus eft, reliqui uero recentiores Mathematici rationem computationis Ptolemaei non habuerunt: inde Ptolemaeus adeo fuit mutatus, ut, docente Erafmo, in Praef. ad Edit. Bafil. Graecam, eos numeros, quos Ptolemaeus tradidit, quam maxime corruptos hodie habeamus.

Tabulae Geographicae collocatae deprehenduntur poft ultima uerba Capitis II, ex Libro VIII, hincque capita reliqua, tabulas ipfas, earumque difpofitionem concernentia, quae in omnibus fere editionibus Graecis pariter ac Latinis reperiuntur, in noftro Codice deficere uidentur; fed fciendum, unius cuiusuis tabulae auerfae parti eas effe infcriptas, maioris forfitan caufa euidentiae. Ante uero quam ipfas tabulas accuratius confiderem, difcipiendum eft, quid fibi uelint ifta uerba, quae fub finem Cap. II ex Libro VIII leguntur. Sunt ea, aureis litteris, in parte membranae minio tinctae fcripta, fequentem in modum: *Nunc fequuntur Tabulae per Nicolaum Germanum.* Quis fuerit

rit iste Nicolaus, obscurum est. Germanum eum fuisse, ex cognomine patet; quale uero ei fuerit nomen gentilitium, aut quae patria, ex uerbis Codicis haud licet cognoscere. Audiamus prae caeteris Iohannem Trithemium, scriptorem fide dignum, et satis accuratum: qui in Catalogo Virorum, litteris illustrium, p. 162 edit. Francof. de An. 1601 sequentia profert: *Nicolaus Donis, Monachus diui Patris Benedicti, Monasterii, ut ferunt, Reichenbacensis, Vir certe in saecularibus litteris studiosus et eruditus, et diuinarum Scripturarum non ignarus, Philosophus et Astronomus insignis, Cosmographiae Ptolemaei uigilantissimus repertor, et diligentissimus* (edit. Coloniensis de An. 1546 in 4. legit *sagacissimus*) *restaurator, ingenio praestans, et clarus eloquio: scripsit non contemnenda Volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus exstat opus mirandum et celeberrimum, cum picturis et nouis tabulis elegantissime ornatum, in Cosmographiam Ptolemaei, ad Paulum Papam II Libros VIII. De locis quoque mirandis Librum I; Epistolas etiam multas, et iudicio meo non inelegantes, ad diuersos composuit. Floruit sub Friderico Imperatore III, et Paulo Papa II, Anno MCCCCLXX.* Haec iisdem ferme repetuntur uerbis in laudati Trithemii Tractatu, de Scriptoribus Eccles. p. 370. Ex quibus forte hausit Gesnerus, quae in Bibliotheca Vniuersali p. 519 edit. Tigur. de Anno 1545 habet. Quis exinde non uidet, Nicolaum Donis fuisse Monachum, adeoque a Nic. Hahn, Typographo, et Nic. Cusano, diuersum. Trithemius quidem patriam non indicat, Gesnerus autem natione Teutonicum fuisse dicit: ut proin nullus dubitem, Nicolaum Donis et Nicolaum Germanum esse unam eamdemque personam. Si quis autem horum uirorum testimoniis fidem

tribuere nolit, ei uerba Nicolai ipſius, quae in praefat. ad edit. Geogr. Ptol. Vlmenſem de Anno 1482. et 1486 *) leguntur, bene penſitanda relinquo. Ibi inter alia ſcribit: *Nos cum per otium Ptolemaei ſcripta legerimus, quod a Profeſſione noſtra non plane abhorrebat*, etc. Et paulo inferius, cauſas indicans, cur hoc opus Pontifici inſcripſerit, ait: *Quod* a Sacerdote *prouenit, id ad omnium Sacerdotum Archimandritam referendum erit*, etc. Immo et aliud argumentum mihi ſuppetit, deſumtum ex pictura, qua prima littera dedicationis editionum Vlmenſium 1482 et 1486 exornatur. In illa ſe conſpiciendum praebet Pontifex Maximus, throno inſidens, in capite geſtans diadema papale. Ante eius genua prouolutus iacet Monachus, porrigens librum; quae certe Nicolaum Donis, Monachum ordinis Benedictinorum, dedicantem et offerentem Pontifici Maximo librum, a ſe emendatum, indicare mihi uidentur. Ex mea igitur ſententia Nicolaus Donis non nulla in uerſione Iacobi Angeli correxit, quod inſtituta exemplarium collatio docebit: deinde tabulas Geographicas, quas iam Agathodaemon **) ex

*) Ambae editiones exſtant in Biblioth. Reip. Nor. Vid. P. I, p. 287 et 290, et infra Libri Saec. XV. 1486. Tabulas quoque XXIII ex editione Vlmenſi 1482 coloribus ſuperbientes ibidem, indicaui in Parte I, pag. 250.

**) Agathodaemon, Mechanicus Alexandrinus, Saeculo V, Ptolemaei mentem preſſe ſecutus, delineauit Tabulas geographicas, id quod etiam indicat ſubſcriptio graeca antiqua in Cl. Ptolemaei περι γεωγραφικης ὑφηγησεως, ſ. *Geographiae*, praeſtantiſſimo Codice graeco Vindobonenſi in folio, ut uocant, ſuperregali. Tabulae 27 geographicae graecae diuerſitate colorum adeo inſigniter ac mirifice diſtinctae et illu-

ex mente Ptolemaei delineauit, expressis nominibus urbium et locorum latinis, conuertit, emendauit, et Estensi Ferrariae Principi obtulit; in quibus tamen, uti ipse fatetur, *nulla in re a Ptolemaei intentione, licet a pictura, discessit.* Ex

 hoc

illuminatae sunt, ut splendidius ac sumtuosius istius Geographiae exemplar manu scriptum in nulla totius Europae Bibliotheca exstare arbitraretur Nesselius in Catalogo Codicum MSS. Bibliothecae Caes. Vindob. P V, pag. 3. Fragmentum talis Mappae graecae Saeculi XI possedit Hamburgi Cel. p. m. Reimarus. Erat Pars Italiae (Ptolem. Tab. VII.) Iam Aristagoras, Miletensium tyrannus, Cleomeni I, Lacedaemoniorum regi, in tabula aenea monstrauit situm regionum a Sparta usque ad Susam, s. Susas, Persarum metropolim. Herodot. L. V. cap. 49. Tempore quoque Anaximandri tabulae geographicae delineabantur In templo Telluris Romae Mappa Italiae conspiciebatur, notusque est uersus Propertii:

Cogor et e tabula pictos ediscere mundos.

Lib. IV, Eleg. III, u. 35.

Tabula (sic dicta) *Peutingeriana*, quam edidit tabulis 12 Scheybius 1753, est apographum Saeculi XII aut XIII. Conficiebatur temporibus Diocletiani, non uero Theodosii.

Nicolai Donis s. Germani tabulas XXVII aeri laboriose incisas (Editio Vicentina 1475 in fol. nullas habet, quantum scio, tabulas) exhibuit A. 1478 Arnoldus Pannarz, cognomine Buckinck. Hicce liber secundus est, cui tabulae aeneae additae fuere, uti infra ad A. 1478 exponam, quando Libros huius Bibliothecae Saeculo XV impressos enumerabo. Iterum Romae ediderunt hasce XXVII tabulas Nic. Hahn, 1482, Petrus de Turre 14 0, et A. 1508 Bernardinus Venetus de Vitalibus, expensis Euangelistae Tosino, bibliopolae Brixiani, quae editio est in hac Bibliotheca, additasque ahbet 6 Tabulas nouas, uidelicet Liuoniae, Hispaniae, Galliae, Germaniae, Italiae et Iudaeae (Vid. Millenar. I, num. 23) Dom. C. H. de Heinecken in *Idée d'une Collect.*

hoc Auctoris autographo, Florentiae adseruato, et nitidissime scripto, cum ars graphica in solis fere Monasteriis fuerit exculta, plura fuere descripta exempla; quorum unum peruenit ad manus *Leonardi Hol,* ciuis et typographi Vlmensis, qui istud, una cum tabulis ligno incisis, typis imprimi curauit. Nullibi legimus, quod Iacobus Angelus uersioni suae ullas adiunxerit mappas Geographicas; Nicolaus potius Donis de se ipso testatur, *quod mundum tali delineauerit modo, quali ante eum nemo, cum e. g. magnitudinis insularum rationem habuerit.* Is igitur pro primo Geographiae tabularis restauratore merito habendus, ac cum cautione legenda, quae habet I. A. Fabricius in Biblioth. gr. L. IV, p. 413, et Reimmannus in Introd. ad Histor. litter. in primis Germanorum, Sect. III, P. II, Quaest. 167, pag. 392. Addatur eiusd. Fabricii Bibl. med. aeui, T. V. p. 330. Nicolaus Donis s. Germanus tabulas correxit, nomina

lect. complette d'Estampes, pag. 145 falso habet annum 1507. Adsunt quoque tabulae XXVII aeri incisae, sed stilo admodum rudi, in editione Bononiensi, quae falsum annum 1462 habet. Pertinet potius ad Annum 1482 aut 1491. Vid. Raidelii Commentat. pag. 40; et *Catal. de la Biblioth. du Duc de la Valliere,* T. III, pag. 18. A. 1482 Vlmae prodiere apud Leonhardum Hol tabulae ligneae coloribus distinctae XXXII, sculptore Iohanne (*Schnitzer*) de Arnsheim, cuius nomen in limbo superiore tabulae primae legitur. Quinque additae sunt tabulae, situm et nomina recentiora urbium Hispaniae Lusitaniaeque, Galliae, Scandinauiae, Italiae ac denique Terrae sanctae repraesentantes, auctore eodem Nicolao Germano, cui XXVII tabulas debemus. Recusas dedit Vlmae A. 1486 Iustus de Albano de Venetiis, per prouisorem suum Iohannem Reger; in fol. max. Vid. P. I horum Memorabilium, pag. 287 et 290.

na locorum graeca latine reddidit, ſitum ac magnitudinem Inſularum indicauit; ordine tamen tabularum Agathodaemonis ita ſeruato, ut non plures quam XXVII delinearet tabulas; totidem ſcil. quot egregii Codices, Viennenſis et Venetus, oſtendunt, quotque etiam Ebnerianus Codex habet. Huius autem tabulae uariis coloribus, non oleo, ſed aqua gummique temperatis, diſtinctae; ita, ut color ille coeruleus, ultramarinus dictus, mare uel fluuios in mare deſcendentes, rubeus, flauus, aut alii, pro earum diuerſitate Inſulas deſignet. Gradus longitudinis et latitudinis extremis tabularum limbis, auro obductis, buxeo ſunt colore inſcripti. Nomina Regionum Prouinciarumque litteris aureis aut rubris, iisque maioribus, urbium uero et oppidorum tantum atramento, ſed diuerſi nigroris, ſignificantur. Quo etiam ſitus locorum accurate potuerint indicari, lineae in membrana perpendiculariter et transuerſim ſunt ductae; quarum ueſtigia in Codice adhuc deprehenduntur. Praeterea et hoc mihi uidetur conſideratione dignum, quod urbes, prae aliis maiores, ſemper puncto maiori aureo, minores uero circellis tantum minuſculis, atramento ductis, indicentur.

Ordo tabularum noſtri Codicis cum Agathodaemonis tabulis idem fere eſt. Prima enim ſiſtit uniuerſum orbem, tunc temporis cognitum, ſecunda Inſulas Albiona et Hiberniam, et ſic porro, ſecundum ſeriem, quam ipſe Ptolemaeus Libro VIII ſeruauit. Reliqua Capita Libri huius, inde a ſecundo, auerſae tabularum parti ſunt inſcriptae, ut ſcil. quaeuis tabula textum ipſum, ad quem delineata ſit, facilius oſtendat. Vltima tabula ultimam quoque Periodum

dicti libri sistit; qua finita nihil amplius de anno aut die, quo hic Codex descriptus, nihil de ipso autographo, ex quo desumtus, nihil denique de Calligrapho, ipsi adiectum legitur. Quantum autem ex hucusque commemoratis licet coniicere, post inuentam demum Typographiam, Exemplar Ebnerianum manu exaratum fuisse arbitror; Nicolaus enim Donis, auctor tabularum, floruit circa annum 1470 *) post idem tempus igitur, uel ex autographo, uel ex alio exemplari fuit descriptum: ita tamen, ut inter annum iam dictum, et inter annum scriptionis, haud multum temporis intercideri, *Haec Raidelius.*

122. E Rabbi *Mosis Maimonidis* praestantissimo magnoque opere יד חזקה (*Manus fortis*, ex allusione ad Deuteron. 34, u. ult.) tota Pars secunda, seu Operis Liber quartus ספר נשים (*de Mulieribus*) ספר קדושה (*Liber de sanctitate*) et Partis tertiae liber primus, id est ספר הפלאה s. *liber de separatione*; siue Operis Maimonidae, quod XIV libros continet, liber quartus, quintus et sextus, qui prima pars Operis tres continet libros, unde liber primus partis secundae est liber quartus totius operis Maimonidae. Contulit istum Codicem uetustum et optime conseruatum Celeberr. Nagelius cum editione Veneta 1574, et uarias lectiones Capitis primi Tractatus secundi מאכלות אסורות (*de cibis prohibitis*) Libri quinti exhibuit in diss. de tribus Codicibus MSS hebraicis huius Bibliothecae, (Altdorfii, 1749 4.) §. XVIII. De Codice Dilherriano uid. supra pag. 2 seq.

*) Obiit A. 1471.

123. Symbolum Athanasianum, cum commentario s. glossis. Saec. XIV.

124. *Bairisches Landrecht, auf Befehl Kaisers Ludwigs IV aufgericht und eingeführt durch Ludwig Marggraf zu Brandenburg, Stephan, Ludwig und Wilhelm, Pfallenzgrafen bey dem Rein und Herzogen zu Baiern, A. 1346. Samstag nach den Obristen.*

Codex coaeuus, nitide scriptus, folior. 58. Littera initialis W prooemii Caesarem Ludouicum IV representat solio insidentem, cuius pedes leonibus subiectis incumbunt, capitibus eorum ad utrumque latus prominentibus, quibus duae aquilae alis demissis et contractis insistunt, se inuicem intuentes. Imperator corona uallari caput textus et tunica imperiali indutus stola exornatur, cui aquilae simplices intextae sunt, manu dextra sceptri loco uirgam nulla arte nec figura conspicuam, sinistra globum in sinu iacentem tenet. Litterae huic initiali aquila nigra simplex in scuto triangulari aureo supereminet, et leo aureus in scuto nigro arma imperatoris designans. *Cph. Henr. Ioecheri* diss. de origine Aquilae bicipitis. Helmstadii, 1726. 4. pag. 17.

Cel. Iohannes Heumannus, Academiae Altdorfinae, dum uixit, decus, edidit istud Ius Bavaricum e suo Codice A. 1432 conscripto, addiditque lectiones uariantes Codicis Ebneriani et Schwarziani; in *Opusculis, quibus uaria iuris germanici itemque historica et philologica argumenta explicantur.* Norimbergae, 1747. 4 mai. Num. II. pag. 11 — 288.

125. a. Haimonis Presbyteri Expositio super Apocalypsin Iohannis.

b. An-

b. Anſelmi, Archiepiſcopi Cantuarienſis, liber de peccato originali. Saec. XIII. Opera eius impreſſa ſunt A. 1491 in fol. min. per Caſparum Hochfeder.

126. S. Hieronymi Epiſtolae. Saec. XIII, uel XIV.

127. a. B. Hieronymi, Stridonenſis presbyteri, Verſio latina Hiſtoriae eccleſiaſticae Euſebii Caeſar. cum ſuis additamentis. Saec. XIII.

b. S. Sixti papae et martyris enchiridion cum prologo Ruffini.

128. *Alle Schlachten K. Guſtav Adolphs in Deutſchland. Zuſam̃engetragen und aus Jhrer Königl. Mayeſtet eigenhändigen Concepten delinirt von Oluff Hanſon Quartiermeiſter. Copirt Joh. Pet. Kirſtenius.*

129. Codex elegans Saeculi XIII, litteris initialibus deauratis.

a) *Iohannitii* *) *Iſagoge in tegni (technin) Galeni.* Haec Introductio in artem paruam *Galeni* celeberrima eſt. Vid. Ill. *Halleri* Bibl. anat. T. I, p. 127. Prodiit Ven. 1501. fol. Lugd. 1516. 8. Saec. XIII.

b) *Phylateri* (Philothei, Philareti ſ. *Theophili* protoſpatharii temp. Imp. *Heraclii*) *liber de ſcientia pulſuum.* Editus Baſil. 1533. 8. Argent. 1535. 8. et inter Medicos principes

*) *Honain Ben Iſaac*, Saec. IX diſcipulus *Iohannis Meſues* et *Gabrielis Bactishua*, a. Chalifa *Almotavvakkel* ad codices graecos arabice uertendos adhibitus. Forſitan fuit *Iſaaci*, cuius frequens apud *Rhazeum* nomen eſt, pater, uti coniicit Ill. *Haller*, in Bibl. Med. pract. T. I, p. 348.

cipes *Henr. Stephani,* 1567. fol. Graecus textus latet adhuc in Bibl. Regia Parisina. fol.

c) *Liber urinarum Theophili.* Typis exscriptus est in collectione, cui titulus *Articella,* Venet. 1483. 1493. fol. Argent. 1535. 8. et in aliis collectionibus. Graece edidit *Fredericus Morellus,* Paris. 1608. 12. melius *Thomas Guidotius,* e codice Bodleiano. Lugd. Bat. 1703. 8.

d) *Liber I et II Aphorismorum et Prognosticor. Hippocratis;* cum *Cl. Galeni* commentariis, interprete *Constantino Africano* (mortuo a 1087 in Cassinensi coenobio) qui ex arabico latine reddidit. In calce codicis legitur:

Expliciunt libri aphorismorum et pronosticorum Ypo. cum commentariis Galieni. Scripti et completi per manus Iohannis richenbergh apothecarii. sub annis domini M. CC. tricesimo nono. In uigilia uiti martiris. Deo gracias.

Edita iam sunt haec omnia in *Articella* Venetiis, 1483 fol. et Argent. 1535. 8. ut et in collectione, quae Lugduni, 1505. 4. prodiit, in qua continetur *Galeni* Isagoge, *Philaretus,* de pulsibus, *Theophilus* (qui idem est) de urinis, *Hippocratis* aphorismi, Techni *Galeni* etc.

130. Codex 58 foliorum. Continet: a) *Puechlein von der Sphera.*

b) Alkabicius d. i. Insuerund vnd Weisunde in die Gericht der Sternchunst. Cum figuris et litteris initialibus, eleganter pictis. Sacc. XIV.

c) Fragmentum Ritualis Rom. Cum litteris init. deauratis.

d) Mag.

d) Mag. Nic. de Lyra Poſtillae libri Pſalmorum. Saec. XV.

131. Codex *Magnentii Rabani Mauri* de laudibus S. Crucis. L. I et II. Cap. XXVIII. In membrana. Cum multis figuris pictis. folior. 49. Saec. XII. Figuram Rabani fol. 2 exhibuit Schwarzius in Diſſ. de uaria ſuppellectile rei librariae Veterum, Tab. I, num. 4 ad §. XI.

Editum eſt hoc opus *Rhabani* Pforzhemii, curante Ioh. Reuchlino, 1503. fol. (Millen. I, n. 8) et inter Opera, Colon. Agripp 1627. fol. 6 Vol. Vid. *Ziegelbauer* hiſt. litt. Ord. S. Benedicti. Auguſtae Vindel. 1754. fol. Sect. I, §. 5. Editurus eſt Rhabani Mauri Opera R. P. *Ioh. Bapt. Enhueber*, Prior Emmeramenſium Ratiſbonae.

132. Iuſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV. Cum gloſſis. Scripti ſunt A. 1259.

133. Fr. Egidii Romani, Ord. fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Libri tres de regimine principum. *) Diuerſae ſcripturae Saec. XIV et XV.

134. Biblia Sacra V. et N. T. uulgatae uerſionis nitide deſcripta, cum litteris initialibus, eleganter pictis et uariis figuris ornatis. Multa deſunt. Saec. XIII uel ſub initium Saec. XIV ſcripta. Conueniunt exacte cum Bibliis impreſſis Norimbergae apud Ioh. Petreium, a. 1529. in 8 mai. uelut ex collatione pateſcit.

135. Iuſtiniani Imperatoris liber Nouellarum conſtitutionum, qui etiam Authenticum dicitur. Deſinit, in Authen-

*) Impreſſi ſunt Romae, 1482. Venet. 1489. fol.

thentica, coll. IX, tit. VI, c. 44. Scriptura nitida, Saeculi XIII.

136. Hiſtoria ſcholaſtica Euſebii, Epiſcopi Vercellenſis. A mundo condito, uſque ad tempora Maccabaeorum. Scr. lingua theodiſca, partim in membrana, partim in charta. Saec. XV.

137. Codex Saeculi XII, cum figuris.

Incipit Liber primus Macrobii Ambroſii Theodoſii V. C. et inluſtris De Somnio Scipionis. Libri II. Cum figuris.

Somnium Scipionis M. Tullii Ciceronis excerptum ex libro VI de re publica incipit.

Contuli aliquot Libri primi capita Editionis *Ioh. Iſacii Pontani,* Lugd. Bat. 1628, cum noſtro Codice, deprehendique paucas diſcrepantias. Poſt Librum I legitur litteris quadratis: AVR. MEMM. SYMMACHVS. V. C. EMENDABAM VELDIS IINS MEVM RAVENNE CVM MACROBIO. PLOTINO EVDOXIO. V. C. FINIT LIBER I. Vltimum Codicis folium deeſt. Nam deſinit Somnium Scipionis uerbis capitis ſeptimi: *quas accidere tempore certe neceſſe eſt. non modo non eternam* —— ——

138 Practica Teſtamenti Raymundi Lulli; paginar. 27. Saeculi XIV. *In membrana. Theorica Teſtamenti dicta hic practice. Sequitur ſecunda pars teſtamenti ſ. pratica.* Adſcripſit alia manus antiqua: *Totam hanc Practicam tam ad album, quam ad rubrum habeo in libello meo abbreuiatam in 3 capite in quo tamen proſtat fol. 6. 7 et 9 hic autem habemus per totum ad longum.*

Con-

Contuli cum *Practica* in *Raymundi Lulli* Teſtamento, edito Coloniae Agripp. 1566. 8. pag. 168 ſeq. Valde diſcrepat a noſtro codice.

139. Ouidii Metamorphoſeων fragmentum a uerſu 833 Libri II uſque ad u. 411 Libri VI, cum gloſſis interlinearibus et argumentis librorum. Saec. XII.

140. Opus Raineri, ſ. Praecepta pro Eccleſiaſticis et eleemoſinis; ſermone italico. Cum autographa Cenſura Ruberti Strozzi, Canonici de Piſa; A. 1491.

141. Regulae Canonicorum, decretae in Concilio Aquiſgranenſi DCCCXVI. Saec. XIII. Editae ſunt in Stephani Baluzii Capitularibus Regum Francorum, T. I, p. 554 ſeq.

142. 143. Vid. MSS. arabica.

144. Henrici de Corbicke Compendium theologicae ueritatis. A. 1310.

145. Althelmi epiſcopi Carmen de laude uirginitatis, cum gloſſis interlinearibus. Saec. XIII.

146. Huigutionis liber deriuationum, ſeu dictionarium. Saec. XIV.

147. Bonauenturae Tractatus de quinta eſſentia. *Explicit tractatus aquarum de Kyrana.* Sunt miſcellanea chemica et medica.

148. *Halſsgerichsordnung nach Gewonheit vnd altem löblichen gebrauch der Stat zu Wunſidell.* 1520.

149. Ioh. Müllneri Annalium Tomi II.

150.

150. *Der Nürnbergischen Stadt-Cronica I und IIter Theil.*

151. *Verzeichniss von dem Christlichen bann, was er sey* etc. 1531.

152. Varia. 1) *Register des spiegels keyserlicher und gemeiner landrecht.* 2) Fragmenta. 3) Versio uetus germanica Priuilegii Friderici II Imp. 1219. 4) Varia diplomata.

153. *Der Stadt Nürnberg Polliceische Ordnung und Ampter; alte Erbare Geschlechte, auch derselbigen Wappen und Cleinotten.* MSS. elegans, cum Insignibus ligno incisis et pictis.

Carta uniuersal en que se contiene todo lo que del mundo esta descubierto hasta agora: hizola Diego Ribera, cosmographo de su magestate Anno do. 1529. *Infra legitur:* La qual se diuide en dos partes conforme a la Capitulazion que hizieron los catholicos Reyes de España con Rey Don Juan de Portogal en la villa de Tordesillas Anno Do. 1494. Longitudo huius Mappae Orbis terrarum est pedum 7, digitor. 2, latitudo ped. 2, digitor. 11.

Cf. *Sam. Grynaei* nouus Orbis regionum ac insularum, ueteribus incognitarum. Basil. 1532 fol.

Variae delineationes cel. Mathematici Iohannis Werneri († 1528) horologiorum solarium, Astrolabiorum etc. cum explicationibus. 1520. fol.

Steph. Brechtelii et Leonardi Sehoferi propositiones Librorum XV Elementor. geometr. Euclidis, in XIX tabulas redactae A. 1562. Volum. V:

Euclidis Megarensis, Mathematici clarissimi, Elementorum geometricorum Libri XV, in formas Tabularum redacti, una cum

figurarum Symmetria certisque dimensionibus et applicatione numererum tam rationalium quam irrationalium ornati per Dom. Leonhardum Sebouerum Lipzenzem et Stephanum Brechtelium ipsius discipulum, Noribergensem, Arithmeticos, anno a uirgineo Partu 1562. Bambergae in patria cum pestis Noribergae grassaretur.

Altitudo singulorum IV Voluminum priorum est aequalis tribus pedibus, latitudo uero 8½ pedibus Noribergens. Voluminis autem quinti altitudo aequalis est 2½, latitudo 9 pedibus et 7 digitis.

Vol. I continet libros I, XI, VI, III, et IV, nimirum Geometriae rudimenta, quorum auxilio triplicia mensionum genera percipi possunt.

Vol. II continet Librum V, qui de proportione agit, et Libros XII, XIII, XIV, qui solidorum corporum dimensiones monstrant.

Vol. III continet Libros II, VIII, IX, arithmetices fundamenta docentes.

Vol. IV Librum X, quo Matheseos cultores introductionis loco in decimum ceterosque Euclidis libros uti possunt.

Vol. V Problematum XV Euclidis librorum soluendorum modum dilucide monstrat. Litteris aureis.

Tabula genealogica oblonga, ab Adamo usque ad Christum, distincta per quinque aetates, cum adnotationibus histo-

historicis, auctore Fr. Gallo, presbytero ord. S. Benedicti.

Genealogia Domus Burgundicae a Philippo IV, rege Francorum usque ad Carolum Audacem, principum regumque Francorum et Anglorum insignibus elegantissime illustrata. Membrana longa 4 ped. 3 digit. lata 2 ped. et $\frac{1}{2}$ digit. Vid. Caroli Christiani Hirschii Millenarius III, Append. ubi etiam commemorantur:

Insignia antiquissima nobilitatis Bohemicae, quae in arcis Laufensis, iuxta Noribergam, parietibus camerae, imperialis appellatae, in udo picta exstant.

Contractus Iudaicus emtionis et uenditionis a duobus Iudaeis, patre et filio, Norimbergae anno a mundo condito 5186, id est, anno Christi 1426, initus. Pater nimirum filio res suas, duas domos cum supellectili, et libris non nullis, uendidit. Exarata est haec pactio in pergamena oblonga.

Vid. Celeb. I. A. M. Nagelii diss. de Contractu quodam iudaico emtionis et uenditionis. Altdorfii, 1754. 4.

Germanice transtulit Andreas Würfel in *den historischen Nachrichten von der Juden-Gemeinde, welche ehehin in der Reichsstadt Nürnberg angerichtet gewesen, aber A. 1499 ausgeschaffet worden.* Nürnberg, 1755. 4. Num. XLV, pag. 157 seq.

מְגִלָּה אֶסְתֵּר Volumen Esther, eleganter scriptum, cuius longitudo est pedum 6 et digitorum $1\frac{1}{2}$, latitudo uero 1 ped. et 11 digitorum. Tale Volumen est quoque in Biblioth. Vniuers. Altdorf.

In forma quarta.

In membrana.

Codex graecus noui Teſtamenti. Foliorum 425. Saec. XII.

Textus N. T. eſt e recenſione Conſtantinopolitana, quae cum noſtro textu uulgari maxime conuenit. Nam exhibet eumdem ita, uti ab initio Saeculi V Conſtantinopoli in templis legebatur. Recenſio iſta conſtantinopolitana inter recenſiones ueteres Noui Teſtamenti eſt nouiſſima maximeque interpolata, ſi cum recenſionibus priorum Saeculorum conferatur. Miſcendis iſtis recenſionibus anſam praebuit Chryſoſtomi textus perpetuus, cui ſemper praeferendus textus Alexandrinus, quo utebatur Origenes. Deſcripſit iſtum Codicem diligentiſſime Schoenlebenius, quem hic ſequimur.

M. Conradi Schoenleben Notitia egregii Codicis graeci Noui Teſtamenti manuſcripti, quem Noribergae ſeruat Vir illuſtris Hieronymus Guilielmus Ebner ab Eſchenbach, rel. Noribergae, 1738. 4. Cum 13 nitidiſſimis tabulis aeneis, quas nobiſcum beneuole communicauit perill. Reipublicae Nor. Septemuir, Dominus Iohannes Sigiſmundus Hallerus ab Hallerſtein, ut huic libro adiungantur.

Forma quarta Codicis magis in altitudinem, quam latitudinem, excreſcit. Singulae quaternae (*quaterniones* dici moris eſt, quam adpellationem in ſequentibus perſpicuitatis cauſa retinebimus; Graece τετράδες, uel τετράδια adpellantur) notis quibusdam inſolitis, ſed recentiori manu adpictis, diſtinctae ſunt, in hunc finem, ut uidetur, adpoſitae, ut, cum codex aliquando diſſolutus fuiſſet, ex harum nota-

notarum indicio quaterniones ſine ullius confuſionis metu iterum coniungi poſſent.

In integumento argenteo nouo, (in cuius latere eminent quinque ex argento confectae eaeque deauratae ſtellulae) quo b. perill. Dom. Poſſeſſor iſtum codicem ornauit, conſpicitur eburneo artificio Saluator mundi ſedens in throno atque benedicens. Supra leguntur haec uerba litteris quadratis, ſcribendi modum huius codicis exhibentibus: Δεσποτα ευλογητοι τω δουλω σου ελαχιστον Ιερονυμον Ιουλιελμον και την οικιαν αυτου: i. e. *Domine bene dic ſeruo tuo minimo Hieronymo Guilielmo et domui eius.* Vid. Tab. I.

Codex totus conſtat quadringentis uiginti et quinque foliis membranaceis, quorum pauciſſimae paginae nudae et inanes apparent. Decem et quatuor folia priora, quae poſtliminio acceſſerunt, craſſiori, ac, ſi ſpectes latitudinem, minori; reliqua omnia, puriori et ſubtiliori inſcripta ſunt membranae.

Haec uero XIV folia priora continent:

1) Τυπικον, ſiue inſtitutionem, quo ordine quatuor Euangelia quotannis praelegenda ſint. En indicem ipſum:

Δηλωσις, διαλαμβανουσα την των Ευαγγελιων αναγνωσιν, και των Ευαγγελιστων διαδοχην, ποθεν αρχονται, και που καταλεγωσιν.

Recenſio, comprehendens Euangeliorum lectionem, et ordinem Euangeliſtarum, unde incipiant, et ubi deſinant.

2) Hoc Τυπικον excipit alius Euangeliorum index, paulo adcuratior, hiſce uerbis:

Δηλωσις ακριβης των καθ' ἑκαστην ἡμεραν αναγινωσκομενων Αποστολο Ευαγγελιων αρχομενη απο της μεγαλης κυριακης του ἁγιου πασχα.

Recensio adcuratior Apostolo Euangeliorum singulis diebus recitandorum, incipiens a magno Sabbato, seu sancto paschate.

In margine haec uerba conspiciuntur:

Αἱ Ἑβδομαδαι, του ὁλου χρονου. *Hebdomades totius anni.*

3) Sequitur alius eiusdem generis Index, lectiones continens tempore ieiunii quadragesimalis, et singulis feriis sextis recitandas hoc nomine:

Αποςολο, Ευαγγελια της Μ. XXXX.

Quibus adiunctae sunt reliquae pericopae, hebdomade sacra usitatae; XII αναγνωσματα, historiam passionis Jesu Christi continentia, quae horis canonicis recitari moris est, et XI alia, historiam suscitati Sospitatoris referentia; quae etiam aliis diebus dominicis horis matutinis praeleguntur, et ob hanc causam uocantur

τα εωθινα ΙΑ Ευαγγελια. *Euangelia XI matutinis horis recitanda.*

4) Αναγνωσμασι succedunt modo dicta ὁσιακα, id est: lectiones, festis diebus, memoriae sanctorum, martyrum, et confessorum utriusque sexus dicatis usitatae.

Hoc uero Menologium, quod iusto ordine scriptum adparet, incipit mense Septembri, et clauditur mense Augusto. En uerba illius prima, et ultima!

Συναξαριον των ἑορτων του ὁλου χρονου δηλουν τα οφειλομενα Αποςολο, Ευαγγελια αναγινωσκεσθαι. Τελος του Μενελογιου.

Synaxarium festorum totius anni, praecipiens, quae post. Euangelia debeant praelegi. Finis Menologii.

Hoc

Hoc Menologium copiofius eſt illo, quod Codici ipſi, longe antiquiore forma, adieſtum eſt.

Sub finem huius Menologii collectoris nomen indicatur Joaſaph; cuius et Montfauconius, in Palaeographia graeca, pag. 75 meminit; et pag. 101 adtribuitur illi horologium Graecorum, item et ειρμολογιον. Aera, Indictio, et Subſcriptio in utroque conueniunt.

Δεου το δωρον και ιωασαφ πονος Ετους ϛωϟθ Ινδικτου Ιδ. μηνι Ιουνιω Κθ ἡμερα Ε χριϛε διδου μογησαντι τειν πολυολβον αρωγην:

Dei donum, *et Joaſaphi labor*: *Chriſte laboranti optimum auxilium tuum confer*, *anno* 6899 (anno Chriſti 1391) *indictione* 14, 29 *die Iunii*, *feria* 5.

Idem Montfauconius Ioaſapho noſtro inter calligraphos locum concedit; ſed in noſtro Codice litterarum ductus adeo corrupti et deprauati ſunt, ut ſaepe ne a peritiſſimis quidem, omni opera adhibita, ſenſus uerborum erui potuerit. Maiori potius iure inter Reuiſores, et Correctores, nomen tueri poteſt.

Labori ſuo, quo rectius, codicis ornamento conſulturus, omnino abſtinuiſſet, hiſce tandem uerbis, ſub exitum epiſtolae ad Hebraeos occurrentibus, finem impoſuit; quae tamen ab hoc ita dicto Calligrapho tam miſere expreſſa ſunt, ut, quid ſibi uelint, aut quomodo cohaereant, uix ſatis inueſtigari poſſit. Adponam illa eo ordine, quo commodum ſenſum gignere aliqua ratione uidentur: Επληρωθη το καθ ἡμεραν ευαγγελιον κατα τυ αποϛολυ και των σαββατων κυριακων και ὁλων των ἑορτων τυ ενιαυτυ επι μηναιων, της Ιδ. ινδικτυ, ετους ϛωϟθ, ἡμερα β Ιθ τυ ιουνιου μηνος, και οἱ εντυγχανοντες ταυτα, ευχεσθαι

 και

και τω συνεργησαντι εμοι εις τουτο Ιερομοναχω κατα του Γρηγοριου, και μοι τω ελαχιστω και αμαρτωλω Ιωασαφ τω απο της μονης των οδηγων. *Finitum est quotidianum euangelium secundum Apostolum et dies dominicas, et omnes festos dies totius anni mense Iunio Indict. XIV anno* 6899 (h. e. A. C. MCCCXCI) *feria II, die XIX dicti mensis. Tu, qui ista accipis, fausta quaeuis apprecare laboris huius socio Hieromonacho ex ordine Gregorii et mihi, omnium minimo et peccatori Ioasapho ex monasterio aduenarum.*

Codex noster, raro exemplo, integer et omni ex parte perfectus est, nisi quod Apocalypsis Iohannis desit. *) Constat autem, obseruante clarissimo Bengelio, librarios rarissime totum nouum testamentum descripsisse, et qui totum descripsere, duo, uel tria uolumina fecisse, quorum postea alterum ab altero plerumque distractum est, ita, ut de tribus tomis, quorum primus Euangelia, secundus Acta et Epistolas, tertius Apocalypsin complexi fuere, ut plurimum tantummodo primi tomi Codex, raro secundi et tertii tomi Codices adhuc reperiantur: cum, praeter Alexandrinum, nullus facile supersit N. T. Codex, nulla parte mutilatus. Leicestrense enim noui Testamenti exemplar recentioris aeui notaeque minus probae esse, testatur Millius. Confer. Ioh. Alberti Bengelii introductio ad uniuersam lectionis uarietatem dilucidandam, pag. 377.

Ad praecipuam huius Codicis commendationem pertinet, nullam omnino in eo deesse paginam; nulla aut manca,

*) Deest quoque in Codice N. T. graeco Hauniensi, A. C. 1278 in monte Athone scripto. Vid. *Christiani Gotthilf Hensleri* Notitia Codicum N. T. graecorum, qui Hauniae in Bibliotheca regia adseruantur. Specimen I. Hauniae, 1784. 8.

ca, aut uitio temporis corrupta, aut omnino conſciſſa, adparet. Abſunt omnes maculae. Linearum ſiue uerſuum ſingulorum ſeries adeo concinna eſt et dimenſa, ut, niſi ornamentum, aut cuiuſdam libri finis adſit, in quauis pagina uiginti et ſeptem, pari ſpatio a ſe inuicem diſtantes, numerentur uerſus, relicta margine latiſſima.

Licet ſaepius ſcribendi compendia, *) quae adbreuiationes uulgo audiunt, in Codice occurrant; ea tamen, cum ſemper iisdem characteribus ſcripta, redeant, perſpicuitati ac legentium facilitati officere minime poſſunt. Ductus litterarum uero uarius, et diuerſi generis, obſeruatur.

a) Illae enim litterae, quae Euangelium, aut Epiſtolam auſpicantur, colorum uarietate ſuperbiunt. Sic uideas mira cum uoluptate effigiem Iohannis Apoſtoli, manu librum tenentis, eamque maiori effigiei, quae in Codice exſtat **), ex aſſe reſpondentem, litterae O, quae prima eſt Epiſtolae eiusdem diui Iohannis, ſubſcripto eius nomine, impreſſam.

b) Ex his litteris initialibus quaedam in epiſtolis Paulinis auro tantum inductae adparent.

c) In cuiusuis paginae ora litterae maiusculae, eaeque deauratae, modo tres, modo duae, raro quatuor, extra textum occurrunt, quae uero ipſum reſpiciunt textum; quarum litterarum ſignificationem inferiori loco explicabimus.

d) Singularibus litteris tituli, et numeri Capitum margini adiecti ſunt.

*) Vid. Tab. 2.
**) Vid. Tab. 12.

e) Peculiari quoque forma litterarum Canones Euſebiani, et uerba imaginibus euangeliſtarum adpicta gaudent. Omnes hae litterae, a nobis memoratae, in rubri coloris fundo radiante auro elegantiſſime exaratae ſunt.

f) Praeter haſce aureas litteras, aliae in minio ſubſtrato, ubi imagines uirorum ſanctorum occurrunt, et aliae eodem minio, ſed minore forma pictae, in hiſtoriis, quas illi uiri ſancti compoſuerunt, pictoris errore aliquando corruptae, conſpiciuntur; reliquas omnes priſco nigrore adhuc conſpicuas, et ſibimet ipſis ſemper ſimiles, inuenias.

Pretium Codicis maxime elucet ex ſplendidiſſimis, quae in eo deprehenduntur, picturis, in quibus uel ſanctorum uirorum effigies, uel alia ornamenta, ſingulari prorſus induſtria, et operoſo artificio, noſtris pictoribus hodie uix imitando, exhibentur. In iis imaginibus quae bis, uel etiam ter, nempe modo maiori, modo minima forma, occurrunt, mira deprehenditur ſimilitudo. In aliis expolitionibus contra tanta eſt diuerſitas et uarietas, ut in tanto earum numero ne unica quidem cum altera plane conueniat. Non uana eſt coniectura, Codicem noſtrum, cuius quippe et forma ſolito minor eſt, in uſus priuatos praepotentis cuiusdam uiri fuiſſe concinnatum.

Iam ſingulas Codicis partes perluſtrare, et contenta iuſto ordine recenſere, operae pretium erit.

Ab initio ſtatim Index legitur lectionum euangelicarum, ſingulis diebus ſex hebdomadum, quae inter feſtum paſchatos et pentecoſtes intercedunt, uſitatarum. Hiſce illius, qui correctoris munus ſuſtinuit, (non loquor autem

de

de Jaosapho, recentioris aeui reuisore, sed de illo, qui antiquioribus temporibus limam adhibuit,) manu euangelia trium priorum dierum septimae hebdomadis adposita sunt.

Συναξαριον των Ευαγγελιων απο τȣ πασχα μεχρι N. Ubi littera N significat numerum L, h. e. usque ad Pentecosten, adiectis uerbis, quibus auspicantur et finiuntur, et locis, in quibus exstant. Deinde sequuntur supra pag. 7 memorata

Euangelia XI matutina, Τα Ια εωθινα.

In quatuor lineis adiunguntur lectiones sacrae, ex euangeliis depromtae, quae 1) in dedicationibus templorum, 2) in inauguratione monachorum, 3) in sepulturis, 4) in memoriam sanctorum Martyrum, 5) aduersus timorem terrae motus, (εις φοβον, omisso uocabulo σεισμȣ, quod in aliis codicibus exprimitur;) 6) in inauguratione Virginum sacrarum, 7) apud aegrotos, 8) in memoriam Apostolorum, recitari solent, indicatis tantum capitibus.

Numero lectionum sacrarum definito, in spatio quadrato auri laminis obducto *), conspiciuntur imagines Eusebii et Carpiani. Adparent tamquam Anachoretae, stantes nudatis capitibus, quae radians nimbus ambit, capillo et barba albescenti praediti, candida induti ueste interiore, (cui superiniectum est uestimenti genus, quod Scapulare uocamus, in ima parte utroque latere duobus filis ceu ligaminibus, ne fluctuans nimis excedat, munitum,) et nigra exteriore, manicis destituta, nec ad talos usque, ut alias solet, demissa, et nigris calceis. Hi uidentur inter se colloqui.

*) Vid. Tab. 3.

qui. Eusebius sinistra membranaceum uolumen, aliqua ex parte explicatum, tenet. Dirimit illos columna, in qua uir quidam mensulae adsidet, et alius adhuc stans ab eius facie muscas abigit. In dextro latere homo iocularis, siue pantomimus, capite in terram reclinato, manibus insistit, quem comitantur alii duo, tibiis canentes. Sinistro latere aliquis, qui saltat, una cum duobus chelyn intendentibus; columnae in utroque latere a duobus hominibus fulciuntur; media suo nititur fundamento.

Imaginibus hisce adiuncta est notissima illa Eusebii epistola ad Carpianum, litteris aureis exarata.

Sequitur υποθεσις κανονων της των Ευαγγελιςων Συμφωνιας, nouem paginas implens, quarum unaquaeque tribus columnis, et transuersim ductis lineis in partes distributa, et uariis ornamentis, multiplices figuras aquarum salientium et peregrinarum auium referentibus, distincta est. Notulas Canonum, siue, ut Eusebius illas appellat, τας υποσημειωσεις adponere licebit. In prima pagina Κανων Α. εν ω, οι Δ. in secunda et tertia Κανων Β, και Γ. εν ω, οι Γ. In prima Sectione, Matthaeus, Marcus, Lucas, in altera Matth. Luc. Iohan. In quarta pagina Κανων Δ. οι Γ. et Matth. Marcus, Iohan. Κανων Ε οι Β. Matth. Lucas repetitis uicibus. In quinta Luc. Matth. Matth. et Marcus, Matth. Marc. et Matth. Iohan. In sexta Κανων Ζ. εν ω. οι Β. Lucas Marcus. Lucas Iohannes. In septima Κανων Η, εν ω. ιδιος ἑκαςος et Matth. sexies. In octaua Κανων Θ. εν ω. ιδιος Marcus bis, Lucas et Johannes semel. In nona et ultima Κανων Ι. ἑκαςος Lucas ter, et totidem Iohannes. Nouem quidem tantum sunt Sectiones, in quarta uero duo canones Δ. et Ε. coniuncti sunt. Quod si numerum Canonum

num inire uelimus, in Matthaeo CCC LV, in Marco CC XLI, in Luca CCC XL, in Iohanne CC XXXII deprehendemus. Numerus Canonum in Matthaeo et Iohanne cum Milliana editione conuenit. Tabulae Canonum ipsae uero interdum a nostris differunt.

Hos Canones excipit elegans pictura, in spatio quadrato delineata, quae multa obseruatu non indigna spectantibus exhibet. *) Primum quidem effigiem sancti euangelistae Matthaei, adscripto (per compendium) nomine ὁ ἅγιος Ματθεος, (sic) cano capillo et barba uenerandi, sedentis, membranam reuolutam ad usum scribendi supra genua tenentis. Habitus eius interior caeruleo, exterior uiridi tinctus est colore, manu tenet calamum, siue arundinem, cuius extremitas rubro colore infecta est. Clauso armario cuidam impositum est uasculum, partim rubro, partim atro colore repletum. Matthaeus ipse, arundinem intincturus, manum protendit, cui adiacent duo cultelli, et pluteus eminens, a quo pura membrana suspensa est. Latera tegunt duae columnae, super quas in hemicyclo, miro quidem artificio, sed neutiquam ad fidem historicam ex rei natura expresso, natiuitas sospitatoris nostri, ἡ Χριστου Γεννησις, conspicitur. In monte edito, et quidem in aede, tecto uacua, expositus est conspectui sanctissimus Infans, ex angulo quodam bos et asinus capita inferunt; quae animalia iam pia antiquitas ad Christi praesepe collocauit. Videatur Nazianzenus in oratione de Christi natiuitate, et Hieronymus ad Eustachium de Paula Romana, nobili muliere. Super infantem fulget stella, radium emittens. Latus eius cin-

*) Vid. Tab. 4.

cingunt duo angeli, attonito uultu ſeſe adſpicientes. Tergum alterius tegit tertius angelus ad paſtores, in inferiori collocatos loco, conuerſus; infantem cuſtodit mater deipara, textili rubri coloris ſtragulo incumbens, ſub radicibus montis uas, ſiue baptiſterium, conſpicitur, ex quo medio corpore prominet infans, fulgenti nimbo nitidus, quem femina ſedens abluit, alia ſuffundente aquam. Cui Ioſephus forma ſenili, meditanti ſimilis, adſidet. In extremo apice huius paginae extra pictum quadrangulum, auratis litteris ſcripta leguntur haec uerba: ∴ Λογους Τελωνιωι και Δημοσιας πραξεις. In latere: Ελιπες αποστολε ματθαιε μακαρ μονω δε χω ηκολουθησας ποθω et in ora infima: Γραψας απασι τους αυτου θειους λογους. Ligato ſermone tum Matthaei tum reliquorum SS. ſcriptorum elogia conſcripta eſſe, nemo non uidet. Verſio horum latina ſic ſe habet: *Rationes uectigales et publica negotia reliquiſti, o beate Apoſtole Matthaee; maximo deſiderio Chriſtum ſolum ſecutus es, in omnium uſum uere diuina conſcribens oracula.* In altera pagina, e regione, figura quaedam quadrangula adparet, lectiſſimis coloribus uariegata, omne ſpatium ſic quidem implens, ut, praeter titulum το κατα Ματθαιον Ευαγγελιον, tribus prioribus lineis textus uix relictus ſit locus. His uerbis incipit: Βιβλος γενεσεως. Sequuntur ξη. capita LXVII. quorum argumenta uel in inferiori uel in ſuperiori parte, auratis litteris ſcripta ſunt.

Finito euangelio haec clauſula adiicitur: Τὸ κατα Ματθαιον Ευαγγελιον. εξεδοθη ὑπ αυτου εν Ιερουσαλημ μετα χρονους οκτὼ της τοῦ χρισου αναληψεως. *Euangelium Matthaei editum eſt ab ipſo Hieroſolymis octo annis poſt Chriſti adſcenſum.* Teſte enim Epiphanio, Matthaeus, cum in Iudaea uerſaretur, in uſum Iudae-

daeorum, qui Chriſto dederant nomen ſuum, ex mandato Apoſtolorum, octauo poſt Chriſti reſurrectionem anno, euangelicam hiſtoriam litteris conſignauit. Id quod et in clauſula manuſcripti uetuſtiſſimi, quod Beza Academiae Cantabrigienſi donauit, legitur.

Ordo nunc tangit Euangelium ſancti Marci, τα κατα Μαρκον ευαγγελιου, τα κεφαλαια; quorum numerus uſque ad quadraginta octo (MH) progreditur. In Matthaeo deſunt Κεφαλαια ſingulari pagina ſub libri initium, ut in reliquis Euangeliſtis, ordine debito recenſita, licet in ſuperiori margine cuiusuis paginae adſint.

Sequitur imago Marci *). Oculos ſpectantium merito in ſe conuertit. Hic ſacer praeco, cuius nomen ὁ ἁγιος Μαρκος adpoſitum eſt, ſellae ſingularis formae adſidens, meditanti ſimilis, ſiniſtra manu inclinans fulcit caput; dextra arundine in membrana, ſuper genua ſcripturus, exhibetur; in conſpectu eius clauſa quaedam arca, cui praeter p. 109 indicata calligraphorum inſtrumenta, forſicula, ut uerbo Pliniano utar, impoſita eſt; in pulpito quodam praeparata membrana expanſa eſt. In ſuperiore picturae huius parte, ad undam fluctibus aeſtuantem adparet Ieſus, humani generis ſoſpitator, cuius capiti Iohannes, paruo monti inſiſtens, manum imponit; in nubibus candida columba alas expandit, in latere conſpiciuntur duo Angeli, lintea ueſtimenta tenentes, adiecto uocabulo: ὁ Βαπτιστης. In ſuprema margine legimus litteris aureis: ὑιου πετρου του Μαρκου ἡ θεια χαρις,

In

*) Vid. Tab. 5.

In latere:

τιθησιν αλλην. αρραγεςατην πετραν. υιον θεου τον χριςον επροοιμιων

In ora extrema:

λαμπρως διδασκων και σαφως αναγραφων. Id eſt: *Petri fil um, Marcum, diuina gratia conſtituit aliam, eamque immotam petram, Dei filium, Chriſtum, praefatus eſt, ſplendide docens et ſapienter ſcribens.*

Finito euangelio legitur:

Το κατα Μαρκον Ευαγγελιον εξεδοθη μετα χρονους δεκα της τε χριςου αναληψεος. Id eſt: *Euangelium Marci compoſitum eſt decem annis poſt Chriſti adſcenſum.*

Progrediamur nunc ad ſ. Lucam. Euangelii, cuius ille auctor eſt, capita numerantur πγ. LXXXIII. Ipſe oraculorum diuinorum interpres *) ſellam, adminiculis deſtitutam, occupans, detonſis capillis in apice capitis caluus, barba breui, in membrana litteras ducens, adparet; ueſtimentum eius interius caerulei, exterius mixti coloris ex flauo et rubro eſt. Adſunt quoque theca ſcriptoria, in cuius ianua patente uitrum cum duobus uoluminibus collocatum eſt; ſaepius iam memorata calligraphorum inſtrumenta, pulpitum, et e regione Lucae duo aedificia forma et ſtructura plane ſingulari, adpoſito ſacri ſcriptoris nomine ὁ ἁγιος λουκας. Superius Virgo Deipara, qualem ſupra iam deſcripſimus, defluenti ueſte amicta, et pallio, quo illius quoque caput obuelatum eſt, ſuperinduta; illa caeruleo, hoc nigro colore, tincta ſunt. Sedens ea, ſiniſtra manu, quantum ex poſitu digitorum colligere licet, pretioſa rubri coloris fila ducens, dextra, qua fuſum torquet, gremio

*) Vid. Tab. 6.

mio impoſita; columba, cuius pedes rubro liquore infecti ſunt, roſtro uolumine oblongo purpureas litteras geſtans, alarum ſtrepitu illam accedere properat: iuxta Mariam aedificium a noſtris aedibus longe diuerſum, idque in longitudinem excreſcens, poſitum eſt; ante illam angelus accelerans caeruleo et uiridi habitu, dextram illi porrigere uidetur, adiecta noce minio ſcripta, ſed pictoris uitio minus recte: ὁ χαιρετισμος *) (ſimilem angelicae ſalutationis picturam habes apud Montfauconium). In exteriori margine haec uerba leguntur:

⁘ Μοσχον σε λουκα, ἱερουσιν ἀξιως; in media ora:

ὡς τον ἀμνον τε καὶ θεανθρωπον λογον ἁπασι λαμπρως κηρυξας τε και γραψασι

In infima:

Και σεαυτον αυτω προσενεγκας θυσιαν. Hoc eſt: *Iure, tibi, Luca, bouem tribuunt, agnum enim et hominem, uerbum illud, omnibus ſplendide adnunciaſti et ſcripto expoſuiſti, te ipſum uero illi loco uictimae obtuliſti.*

Ad calcem euangelii:

Το κατα λουκαν ευαγγελιον εξεδοθη μετα χρονους πεντε και δεκα της χριστου αναληψεως. *Euangelium Lucae editum eſt XV annis poſt Chriſtum caelo receptum.*

Sub

*) Vox χαιρετισμος apud recentioris aeui Scriptores graecanicos uel notat (ut hic) figuram hiſtoriae Adnunciationis; uel uſurpatur a Graecis hodiernis pro ipſo Adnunciationis Feſto, quod iidem quoque Ευαγγελισμον adpellant; Cph. Sonntag Diſſ. de Chaeretiſmo; Altdorfii, 1709. 4.

Sub initium Euangelii Iohannei primo loco argumenta capitum numero ιη. XVIII. recenſentur; tum conſpicitur imago *) ſcriptoris ſacri, adſcripto nomine ὁ ἅγιος Ιωαννης ὁ θεολογος, ſub forma uenerandi ſenis, capite cano, barba promiſſa, manibus ad caelum ſublatis, amictu caeruleo inferiori, et glauco ſuperiori; e quadam nubecula manus, prioribus digitis extenſis, eminet. Ex eius regione iuuenis, i. e. S. Prochorus, **) habitu uario indutus, fuſco capillo, barba deſtitutus, ſellae inſidet, ſcripturus quaedam in librum, genibus incumbentem. ***) Initium ſcribendi facit his uerbis:

*) Vid. Tab. 7.

**) Prochorus Apoſtolorum diſcipulus et unus e ſeptem diaconis Actor. VI, 5 fuiſſe perhibetur. Vid. Fabricii Cod Apogryphus N. T. Iohannes enim in Inſulae Pathmi monte quodam Euangelium ſuum inter tonitrua diuinitus accepiſſe Prochoroque in calamum dictaſſe dicitur. Haec fabula in multis Euangeliorum codicibus S. Iohannis Euangelio praemittitur, uti in MS. Auguſtini Gabrielis Gehlii; (quem Codicem deſcripſit Francof. 1729. 8) et in plurimis Euangeliorum Codicibus Monaſterii, *Meteoron* dicti, in Monte Athone, quos multa cum diligentia euoluit Iacobus Ionas Björnſtohl (ita pronunciatur a Suecis). Vid Eiuſdem *Briefe auf ſeinen ausländiſchen Reiſen;* VI Bandes Heft, Leipz. und Roſtock, 1783. 8. pag. 159, 160, et 164. Dom. Mingarelli putat, uitam Iohannis, quae Prochoro Diacono adſcribitur, primum coptice, dialecto ſahidica, exaratam fuiſſe; (Latine exſtat in Biblioth. Patrum, Pariſ. T. VII, p. 108) et Fragmentum exhibet Num. XII Reliquiarum Aegyptiacorum Codicum, adſeruatarum Venetiis in Bibliotheca Naniana. Bononiae, typis Laetii a Vulpe. 1785. 4 mai.

***) Eadem fere pictura conſpicitur in Codice I MSS. medicor. graec. in Biblioth. Caeſ. Vindob. ap. Lambec. L. VI, P. II, ubi nomen Prochori legitur, id quod miror Schoenlebenium fugiſſe.

bis: ✠ εν αρχη. Locus, in quo uerſatur, montibus frequens eſt, et duabus arboribus obſitus. Superius quidam adparet ex morte ſuſcitatus a ſoſpitatore noſtro (cuius manus et pedes clauis adhuc perfoſſi ſunt,) ſiniſtra ſignum crucis duplicis, anſa munitum, tenente, nigroque monti, aureis characteribus diſtincto, inſiſtente, ad cuius pedes duo lignea opercula, et tres claues aureae iacent; dextra grandaeuum ſenem ex lapideo monumento protrahit, cuius tergo mulier, amictu rubro et caerulea ſtola ueſtita, adſtat. In altera parte ex ſarcophago uir fuſco capillo et barba, pectore tenus, ſeminudus, amiculum nigri coloris geſtans, manum tollens, ſtipatus duobus comitibus, quorum alter albo capillo et barba, caeruleo pallio et aureo perizonio, diademate unionibus radiante exornatus eſt; alter uero, quem potius, ſi ex habitu coniectare licet, feminam dixeris, rubro pallio, cui ſimile perizonium adfixum eſt, ſuperbit. Hi tres, quos hactenus deſcripſimus, nimbis, ſiue luminis ſplendore, circa capita effulgent: adſcriptum eis eſt in ſummo picturae apice uocabulum, ἡ αναστασις. In Codice Baſilienſi minori eiusmodi quoque pictura cum noſtro plane conueniens occurrit. Confer. I. I. Wetſteinii Prolegomena ad Noui Teſtamenti Graeci editionem adcuratiſſimam p. 55.

Inſcriptiones, hanc figuram ambientes, hae ſunt:

In ſuperiori parte:

✠ στηθει μαθητα παρθενε του κυριου.

In latere:

Επιπετων κρευσας εξ αυτου χαριν ὁθεν κατεβροντισας απασαν κτισιν.

In inferiori: λογοις τι και δογματι θεολογιας. Id eſt: *Sta, diſcipule, qui Domino deſponſatus es, procumbens ab eo impe-*

 traſti

trasti gratiam, hinc omnia, quae creata sunt, oraculis et doctrina Theologiae quasi tonitru quodam obstupefecisti.

Ipsum Euangelium hisce clauditur uerbis: το κατα Ιωαννην ευαγγελιον εξεδοθη μετα χρονους XXXII μετα της χριστου αναληψεως. Δοξα τω Θεω παντων ἑνεκα; id est: *Euangelium Iohannis editum est XXXII annis post Christi adscensum. Gloria sit Deo propter omnia.*

Post Euangelium Iohannis leguntur sequentia:

1. Historia adulterae Ioh. cap VIII. in codice, a tertio commate usque ad decimum secundum, omissa*), quam per uerba τω Καιρω εκεινω cum antecedentibus, et per uerba παλιν ὁ Ιησους, cum subsequentibus textus uerbis coniunxit Ioasaphus.

2. Index Lectionum, ex Actis a festo Paschatos usque ad festum Pentecostes per singulos dies absoluendarum; Συναξαριον συν Θεω πραγματων των Αποστολων απο τυ πασχα μεχρι N. In nomine Dei, Synaxarium ex Apostolorum actis, a festo Paschatos usque ad Pentecostes tempora.

3) Deinde Lectiones numero XXXII epistolicas, feria septima et prima recitandas: αρχη συν Θεω των Σαββατων κυριακων τυ Αποστολυ. In nomine Dei, initium Sabb. dominicalium secundum Epistolas.

4. Tum tres lectiones eo feriarum tempore, quod ieiunium antecedit, statas, προ της αποκρεω, της αποκρεω, της Τυροφαγου. Die ante carnis abstinentiam, ipso carnis priuii tempore, et quo caseo et lacte uiuendum.

5. Post

*) Eadem historia omissa quoque est in Codice graeco et latino Sangallensi, relicto spatio.

5. Poſt illas, ſex numero, quae ab Ieiunii feriis uſque ad feriam VII ante Paſcha recitari ſolent: ακολουθια των αγιων Νηςειων.

6. Praeterea Menologium longe breuius, adiectis lectionibus epiſtolicis, quibus lectiones ſeptem dierum dominicalium in ſuperiori omiſſae, ſuis locis inſertae ſunt, nempe menſi Sept. II Sabbata crucis inuentae memoriam partim antecedentia, partim ſubſequentia, menſi Decembri I Sabb. quod dicitur των προπατερων, II quorum unum Chriſti natiuitatem praecedit, alterum excipit, I feſtum Επιφανειας Adparitionis I. C. antecedens, et menſi Ianuario I poſt feſtum της αγιας επιφανειας.

7. Huic Menologio ſuccedunt rurſus decem lectiones, ex epiſtolis decerptae: octo earum conueniunt cum ſupra memoratis; duarum reliquarum argumentum ſpectat ad honorem Virginis Deiparae, et ad ritum ſepulturae. Loco illius Lectionis, quae agit de memoria Apoſtolorum, Prophetarum fit mentio. In genere notes uelim, initium dierum feſtorum duci a feſto paſchatos. Leo Allatius de Dominicis et hebdomadibus incipit has X hebdomadas a dominica tertia poſt feſtum Epiphanias, τη Κυριακη Λουκα τυ τελωνου και τυ Φαρισαιυ. Feriam ſextam a Ioaſapho ς littera ſignatam, hoc loco uocabulum παρασκευη indicat.

Actis Apoſtolicis praefixa eſt pictura *) adfabre nitida, quae ſcriptorem ſacrum Lucam continet, forma et ueſtitu ſimili, quam in eius Euangelio deſcripſimus; ſellae, adminiculo deſtitutae, ſiue ſubſellio, inſidentem, et in laeuo

*) Vid. Tab. 8.

gem: litteras exarantem; E regione eius ſtat, uti equidem conjicio, Theophili loco, Imperator, uel Palatinus, pone utrumque tum Lucam, tum Imperatorem, exſtat aedificium ſingularis ſtructurae, in duplicem altitudinem exſurgens, in formam duarum turrium, quae muro tranſuerſo cohaerent Imagini ſcriptoris ſupra adſcriptum eſt: ὁ ἅγιος Λουκας. Sed ad uirum illum Auguſtalem reuertamur. Conſpicitur is brachio ſublato loquenti ſimilis, facie ſenili, capillo comto, barba ſubfuſca, eaque fiſſa; caput illius cinctum eſt diademate pretioſo, duplici margaritarum ſerie diſtincto, mitella rubri coloris, in qua quinque margaritae eleganti ordine poſitae nitent; ueſtitu interiori quidem miniatulo, cuius fimbriam in illis partibus, quae collum, manus et pedes tegunt, aurum late circumcurſitat, ut Virgilii uerbis loquar. Velamenta pedum, et tibiarum rubri ſunt coloris, margaritis ornata. Extimus ueſtitus, ſiue pallium purpureum, dimidia ex parte in tergum reiectum, aureis foliis et floribus pictum, adnexam habet faſciam pectoralem, eamque auream, inciſam et ex altera parte reiectam. *) In ſuperiori parte, in

*) Eadem panni particula in uiris duobus e ſarcophago ſurgentibus, et diademate cinctis, in pictura Iohannea, ut et in aliis duobus uiris, Iacobo adſiſtentibus, obſeruatur. Talis lacinia etiam adparet in pallio Potiphari et Ioſephi in picturis Codicis graeci Geneſeos Saeculi VI, inter MSS. Theol. gr. Biblioth. Caeſ. Vindob. ap. Lambec. Tab. XXXII et XXXVII. Eadem etiam conſpicitur in imagine Imperatoris Theodoſii magni, ap. Anshelm. Bandurium in commentario ad Antiquitates conſtantinopolitanas, L. VIII, p. 935 edit. Pariſ. Venetae autem pag. 647. In Montfauconii catalogo bibliothecae Coisliniana (à St. Germain des Prez) memoratur Codex numero 89, in quo p. 134 Imperator Nicephorus Botoniata, ſiue, prout alii ſcribunt,

in ſpatio orbiculato Mater deipara, inſidens ſolio, ex nubium congerie formato, quod duo angeli ſuſtinent; in terra ſtat mulier ſublatis manibus Mariam anxie reſpiciens; cuius latera ſtipant nouem Apoſtoli; ex quibus illorum facies bene dignoſcenda, quorum imago aliis in locis Codicis noſtri occurrit. Id, quod hac pictura continetur, adpoſito uocabulo indicatur, ἡ αναληψις, adſumtio Mariae Feſtum hoc apud Graecos quoque uſitatum fuiſſe, obſeruat Leo Allatius de Eccleſ. libris. A. 770 iam de Adſumtione B. Virginis actum fuiſſe, memorat Fabricius, Biblioth. Antiquariae p. 459 edit. 1760. Sequitur ipſe textus, αι πραξεις των αγιων Αποστολων, numero capitum, quorum M (quadraginta) numerantur, margini adſcripto. Finit librum clauſula: Τελος των πραξεων; *finis Actorum.*

Acta excipit Epiſtola S. Iacobi, praemiſſa Apoſtoli imagine. Pingitur in ſubſellio*), culcitra tecto, cuius ὑποποδιον, aliis latius, uariis figuris exornatum eſt; potius Cathedram epiſcopalem dixeris. Conſpicitur S. Iacobus ſedens, fuſco capillo, et barba acuta, inque duas partes fiſſa, dextram paullulum leuans, ſiniſtra membranam, cuius pars aperta, pars inuoluta eſt, tenens, dextram uerſus mulier nudato capite, caeruleo interiori et rubro ſuperiori amictu, in quo

 albi-

bunt, Botoneata, (cuius imperium incidit in ſeculum XI, ab anno 1078 uſque ad annum 1085) pallio ſuo reiecto eiusdem generis laciniam gerit adnexam; quae clarius adhuc in ueſtitu Palatini, illi adſtantis, adparet; quippe qui duas anteriores pallii partes, tunicam arctius tecturus, colligit, et ſic conſtringit, ut partes optime inter ſe cohaereant.

*) Vid. Tab. 9.

albicans quaedam lacinia prominet, manu ſublata, nigris calceis apparet: huic adſtat grauis ſenex, tunica caerulea, et fuſco pallio, cui ſimili modo aurea lacinia adſuta eſt, cum aliis V hominibus, ex quibus unius integrum caput, reliquorum ſola caluities eminet. Siniſtram uerſus uir ipſo aſpectu uenerandus, rubra tunica, et caeruleo pallio una cum lacinia aurea, eiusdemque metalli figuris intertextis indutus conſpicitur; calcei eius, et tibialia albo tincta ſunt liquore; caput tegit mitra rubra, eaque paruula, uix capillorum, qui in altitudinem exſurgunt, apicem tegens. Huic comites adiunguntur tres alii; quorum unus ueſtem gerit, carnis colorem referentem, zona conſtrictam; capiti quoque mitra impoſita, eiusdem, quam modo deſcripſimus, formae; reliqui apertis capitibus. Vt, quid hic hominum coetus, quo cinctus Iacobus apparet, ſibi uelit, intelligatur, mihi deprehendiſſe uideor formam iudiciorum, in primaeua eccleſia conſuetorum, ubi cauſſa, quae ad gentilium forum non trahi debebat, praeſente Epiſcopo aut Presbytero agebatur, hic enim Iacobus iudicis ſuſtinere perſonam uidetur, ex utroque latere reus et actor, teſtium multitudine ſtipati. A tergo illorum turres, noſtris plane diſſimiles, ſurgunt; in media pictura nomen ὁ ἅγιος Ηακωβος. Scriptorem ſcriptum ſeqnitur, hoc initio Ιακωβȣ καθωλικη Επιςολη. Ambitus totius epiſtolae continetur quinque capitibus.

Iacobo ſuccedit Apoſtolus Petrus, *) denſo curuatoque albi coloris capillo, et barba canenti. Ipſe ſellae, culcitra oneratae, cuius forma a uulgari plane differt, inſidet, tunica caerulea, et glauco uelamento amictus; dextra cru-

*) Vid. Tab. 10.

crucem duplicem rubri coloris, nunc dictam Hungaricam, satis longam, tenens; gremio membrana imposita est; sinistra calamum implet liquore, cuius copia in rotundo uasculo, reliquis omnibus multo maiori, mensae imposito exstat, una cum forcipe et tribus cultellis, quibus uariae sunt formae, pro uariis, quibus adhibebantur, usibus: altera enim scindebatur membrana; altero radebatur; alio denique poliebatur. Ex pulpito pura pendet membrana, conspectui rursus uaria aedificiorum fastigia, ex utroque latere posita sese offerunt, addito nomine ὁ ἁγιος Πετρος; *Sanctus Petrus.* In suprema parte, quae ducta linea, uariis coloribus radiante, a reliquo spatio distinguitur, in hemycyclo quodam similis figurae obscurum aedificium patet, turribus munitum, cuius aedificii utraque turris aediculam quandam, custodum domicilium, habet adnexam; altera fenestra aperta, altera clathrata; intra ipsum aedificium Petrus, corpore paullulum inclinato, subsellio stragula tecto, insidet; cuius manus et pedes catenis, in terram decidentibus, reuincti sunt; ad quem angelus, limen ingrediens caerulea tunica et carnei coloris pallio, baculum rubrum, cuius ui tacta uincula adparent in duas disrupta partes, manu tenens accedit. Hanc picturam subsequuntur duae Epistolae Petrinae; quarum prima sub titulo Πετρου Καθολικη επιστολη octo, et altera tria continet capita. Sub finem secundae epistolae Petri, ex incuria paginam uertendi, clausulam commatis decimi octaui: ἡμων και σωτηρος ιησου χριστου αυτω η δοξα και νυν και εις ἡμεραν αιωνος, αμην, in alteram paginam transtulit Ioasaphus.

Petrum excipit Iohannes, *) cuius imago, grandaeuum ſenem exprimens, in omnibus ſuperiori imagini ſimilis. Inſidet cathedrae, ex ſtramentis mira arte contextae, ſuperne aliquantum incuruatae, caeterum tanta altitudine, ut caput inſidentis excedat; eiusdem Iohannis inſidentis manus, genu impoſitae quieſcere uidentur; cum quaſi ſcribendo fatigatus, calamum, quem dextra tenet, condere ac reponere uideatur; in conſpectu eius ſtat ſcrinium, ex parte patens, in quo, praeter tres libros, uaſculum rotundum, rubro liquore repletum, et duo cultelli, ſciſſorius nempe, et laeuigatorius iacent, e media arca eminet tortile lignum, cui immittitur patens Volumen, litteris deſtitutum: ad latus utrumque duo conſpiciuntur aedificia, ex quorum altero inuſitatae ſtructurae turris eminet, additis uerbis ὁ ἁγιος ιωαννης ὁ θεολογος. In ſuperiori parte, quam rubra linea ab inferiori dirimit, ars cernitur munita, et mons praeruptus: utrumque adluit mare, fluctibus feruens, quod nauis antiquae formae, albis uelis expanſis, ſecat; in puppi uir rubram ueſtem gerens, nauem gubernaculo regit; in prora ſedet Iohannes, et ſpatio exiguo interiecto, Prochorus, ſubſcriptis uerbis νεζες νατου Θεολογου. Senſus horum uerborum nos fugit, ex pictoris enim ignorantia adeo miſere expreſſa ſunt, ut, quid ſibi uelint, ne diuinando quidem adſequi liceat. **) Epiſtola ipſa ſancti Iohannis prima conſtat quinque capitibus. Notiſſimum illud comma Iohanneum 1 Ioh. V, 7, in tot codicibus omiſſum, in noſtro

*) Vid. Tab. II.

**) Forſan pace Schoenlebenii, legi debent: Νησος Παθμος του θεολογου.

noſtro quoqueCodice deeſt, uti in omnibus, quos in monaſteriis montis Athonis euoluerat b. *Iac. Ionas Björnſtobl.* Vid. Briefe, VI Bandes I Heft, pag. 148. Eſt mera pia fraus Eccleſiae occidentalis iſtud comma. Secunda et tertia epiſtola ſingulis conſtat capitibus.

Sequens pictura, *) reliquis minor, quatuor ſemicirculis concluſa, cum reliquum quadranguli ſpatium figurae leporum et leonum expleant, exhibet Apoſtolum Iudam, ſubfuſco capillo et barba promiſſa, expanſis manibus, tunica caerulea, et amiculo carnei coloris ſtantem, alta quaſi admiratione defixum: ex manu tres digiti, pollex, index, et auricularis, reliquis ſuppreſſis, eminent; adiectum eſt mala ſcribendi ratione, ut iam in Iacobo factum eſt, ſcriptoris nomen, ὁ ἁγιος Ιȣδας. Obuerſatur Apoſtoli oculis Saluator noſter dulciſſimus, e caelo, ſtellis nitido, corpore dimidiato, quod nigro ueſtitu uelatum eſt, protenſa manu proſpiciens, colloquenti ſimilis, adiectis litteris ΙΗ ΧΣ. A tergo mons, duabus arboribus conſitus, in proximo pulpitum cum expanſa membrana, et, in ſpatio remoto, turris: arcem, et inſtrumenta ſcriptoria, cum ſaepius occurrant, non memorabimus. Epiſtolae Iudae, quae ſequitur, tria ſunt capita; et in illius fine occurrunt haec uerba: Τελος των καθολικων επιςολων. *Finis Epiſtolarum catholicarum.*

Epiſtolis catholicis Paullinae ſuccedunt, de quibus antequam exponam, imaginem Apoſtoli Paulli paucis delineabo. **) Exhibet illam pictura, prioribus ſimilis, niſi quod

in

*) Vid. Tab. 12.

**) Vid. Tab. 13.

in apice ſemicirculata ſit; ſedens in ea conſpicitur Apoſtolus, tunica caerulea, et pallio carnei coloris uelatus, ſubfuſco capillo, barba acute deſinente, caluus in ſincipite, in ſella adminiculis carente, et quatuor pedibus innitente, ac rubra auroque uariegata culcitra ſuperbiente; gremio eius Volumen impoſitum eſt; ipſe calamum intingit in arculam oblongam, in menſula quadrata collocatam, in qua duo ſtant rotunda uaſcula, rubro et nigro, praeterea alia duo minora, caeruleo et rubro liquore repleta. Adſunt etiam duo cultelli, et forficula; e menſa prominet pulpitum editum, media parte rubro colore infectum; in eo longa membrana, utrimque dependens; in utroque angulo duo aedificia, adſcripto nomine, ὁ ἁγιος Παυλος, *Sanctus Paullus.* Hemicyclus ſiſtit circuitu ſuo caelum, et Seruatorem, cuius ſanctiſſimum nomen litteris albeſcentibus ΙΣ ΧΣ expreſſum eſt, ex quo lucidus radius Paulli, ſeſe inclinantis, faciem inluſtrat; medium montes et arbores; oras extremas caſtella munita occupant; ex quorum uno, dextram uerſus, uir quidam, cui coma et barba candida, tunica caerulea, et pallium uiridans dextram, tamquam Apoſtolo auxilium laturus, protendit. In margine, eo loco, ubi hemicyclus incipit, duo uaſtae magnitudinis aenea candelabra, cum flauis cereis, iisque ardentibus, candelis proſtant.

Sequitur initium Epiſtolae ad Romanos, his uerbis: Του ἁγιου αποςολου Παυλου Επιςολη προς Ρωμαιους, S. Apoſtoli Paulli ad Romanos et poſt Ib. 19 Capita, quibus haec epiſtola concluditur: Τελος της προς Ρωμαιους επιςολης, finis epiſtolae ad Romanos. Sub finem epiſtolae ad Romanos capitis 16 com-

commata 25, 26, 27 omiſſa, et fini cap. 14, poſt uerba: παν δε, ὁ ουκ εκ πιστεως, αμαρτια εστιν, adnexa ſunt. Obſeruauit uero clar. Bengelius, in adparatu ad nouum Teſtamentum, pag. 657, hanc tranſpoſitionem in multis aliis codicibus, in uerſione Slauonica, et apud multos Patres, item et in omnibus Lectionariis deprehendi: qui etiam factae mutationis cauſſam adiunxit. *Videntur,* inquit, *Graeci, ne lectio publica in ſeueram ſententiam:* quidquid non eſt ex fide, peccatum eſt, *defineret, id feciſſe.* Ordine iam ueniunt *reliquae epiſtolae Paullinae,* quarum capita adnotare licebit. Numerus quidem capitum cum indice Milliano ſemper et ubique fere conuenit; niſi quod apud Millium prior ad Theſſalonicenſes, ſeptem; ad Philemonem, duo; ſecunda Petri, quatuor; prima Iohannis, quinque; ſecunda, duo, et tertia, tria capita, numeret. In noſtro Codice epiſtola ad Corinthios prima octo conſtat capitibus. Illis uerbis, γνωριζομεν ὑμιν αδελφοι, *notum uobis facimus, dilecti fratres,* recentiori manu, atro liquore, adpicta eſt littera Θ. Altera ad Corinthios IA. XI. ad Galatas IB. XII. ad Epheſios I. X. In epiſtolae Paulli ad Epheſios cap. I commate duodecimo, uerba ultima: Τους προηλπικοτας εν τω χριστω, integrum comma decimum tertium, et uerba commatis decimi quarti uſque ad uocem: εις απολυτρωσιν της περιποιησεως plane omiſſa ſunt. Cauſſa omiſſionis in procliui eſt; cum enim, commate 12 et commate 14 uerba: εις επαινον της δοξης αυτου, occurrant; facile fieri potuit incuria aut calligraphi, aut eius, qui ad calamum dictauit, ut oculi a ſuperiori commate deſilirent ad inferius. Ad Philip. Ζ. VII. ad Coloſſ. I. X. prior ad Theſſalonicenſes, Ε. V. poſterior, ϛ. VI. prior ad Timotheum, ΙΗ. XVIII. poſterior Θ. VIIII. ad Titum ϛ. VI.

Capita

Capita complectuntur. Epiſtola ad Philemonem, nullo capitum numero inſtructa eſt; Epiſtola ad Hebraeos quae diſertis uerbis ipſi adtribuitur, Παυλου προς Εβραιους επιςολη Κβ. XXII. Capita continet.

Quinque diſtinctionis genera in noſtro Codice occurrunt. Primum fit in capita. Alterum ſecundum Canones Euſebianos in quatuor euangeliis, Litterae enim numerales, Canonibus hiſce adpictae, et Synaxarium illis praemiſſum, mutuo ad ſe inuicem referuntur. Hinc Pericopae citatae in quatuor Euangeliis, non ſecundum Capita; ſed ſecundum litteras memoratas euoluendae erunt. Tertium genus diſtinctionis indicatur per maiores, ſub lineae cuiusdam principium poſitas, litteras. Quartum conſtituitur per aurea puncta, partim in margine, partim in ipſo contextu conſpicua. Quintum, tantum ſub initium euangelii Iohannis, ſecundum puncta, minio in ipſo contextu expreſſa. *)

Finito Codice, exſtat formula conſueta Δοξα τω Θεω παντων ενεκα, αμην: Gloria ſit Deo propter omnia, Amen. In auerſa pagina, quidam huius Codicis poſſeſſor, ſaeculo decimo quinto, annos a Chriſto nato ex aera Latinorum numerans, menſem et diem, quo quiſque liberorum ſuorum hanc lucem adſpexerat, adiectis tum Suſceptorum, tum Eccleſiae miniſtrorum, a quibus infantes fonte ſacro abluti fuere, nominibus, conſignauit, quamuis ſcriptura maxima ex parte deleta et extincta ſit.

Claudit librum Symbolum Nicaenum, aureis litteris exaratum, το Θειον συμβολον της ορθοδοξυ πιςεως εκτεθεν παρα των εν Νικαια

*) Vid. Tab. 2.

Νικαια αγια συνοδω αγιων πατερων, diuinum Symbolum orthodoxae fidei, editum Nicaeae a ſanctis patribus in Synodo ſacra, cuius quinque ſunt diſtinctiones:

1. Πιϛευω εις ἑνα Θεον, κ. τ. λ.
2. Και εις ἑνα Κυριον ΙΝ. ΧΝ.
3. Τον δε ἡμας τους ανθρωπους.
4. Και εις το πνευμα ἁγιον.
5. Ὁμολογω ἑν Βαπτισμα.

Margini adiecta ſunt graeca uocabula, rationes perſonales, quibus perſonae diuinitatis diſtinguuntur, exprimentia, αγεννητως, γεννητως et εκπορευτως. Quibus uocabulis Criticorum ſignum eleganter et bis adpictum eſt, ſolem referens in fundo caeruleo, ora extrema aurea, medio aureis punctis diſtincto, qui emittit radium. Rariſſime hoc ſignum occurrere, teſtes ſunt Eſchenbachius, qui in diſſert de ueterum Criticorum Σημειωσει, illius ne uerbulo quidem meminit, et Montfauconius, qui quidem illud deſcripſit, ſed nullo adducto exemplo illuſtrauit. Vocatur autem iſtud ſignum Ἡλιακον, ſignum ſolare, et adhibetur in illis locis, ubi de Theologia diſſeritur, quia in diuinis Scripturis Deus, ſol iuſtitiae uocatur. En uerba Graeca: Ηλιακον, τουτο το σημειον τετακται εν οἱς χωριοις περι Θεολογιας ὁ πατηρ διαλεγεται, δια τον ἡλιον της δικαιοσυνης εν ταις θειαις γραφαις τον Θεον ονομαζεσθαι. Illis uerbis: τον δε ἡμας τους ανθρωπους, qui propter nos homines cet. aliud additum eſt ſignum, ſtella nimirum, in fundo caeruleo punctulis quatuor interciſa, quam aureus ambit circulus, Aſteriſcus uocatus, cuius ſignificatio ex mente Euſtathii inter alias haec fuit, ut, uerba iſta, quibus adhaeret, hoc in loco peroptime poni, ac uelut effulgere, indicaretur, cf. Eſchenb.

Eſchenc. diſſ. cit. §. VIII. Magis adridet ſententia Calligraphi cuiusdam in Codice Baſiliano, Romae, qui eſt Saeculi XI, et S. Gregorii Nazianzeni opera complectitur, citante Montfauconio in Palaeogr. Graeca p. 371, hunc aſteriſci uſum docentis: ὁ αστερίσκος ούτος τετάκται εν οις χωρίοις ὁ Θεολογος περι της εν σαρκυ οικονομιας τυ μεγαλυ Θευ και σωτηρος ημων Ιησυ χριςυ διαλεγεται δια τον φανεντα τοις Μαγοις Θειον αςερα. Hic aſteriſcus ponitur in locis, ubi Theologus de carnali oeconomia magni Dei et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti loquitur; propter diuinam ſtellam, quae Magis adparuit. Quam bene huius ſignificationis ueritas, ex Codicis noſtri memorato loco probari poteſt!

Ductus et forma litterarum, quibus textus noui foederis exprimitur, ſic inter ſe differunt, ut exempli gratia, littera E quadruplici diuerſa occurrat forma. Id quod eam ob cauſam obſeruo, ut inde adpareat, quam lubricum ſit argumentum, niſi et reliqua uerisimilitudinis ſigna concurrant, ſi quando ex litterarum ductibus aetas codicis alicuius manuſcripti colligi ſolet.*) Alphabeta enim omnium formarum,

*) Recte indicauit p. m. Schoenlebenius In Codicibus etiam, qui litteris quadratis exarati ſunt, iſtud ualet. Ipſe Codex Alexandrinus iſtam ob rationem a non nullis ad recentiora tempora relatus fuit. Ita ad me Dom. de Villoiſon, in litteris d. 27 Ianuarii, 1783 Vinaria ad me datis: *Richard Simon dans ſes excellentes Lettres critiques revoque la haute antiquité de ce Manuſcrit en doute, ainſi que celle du Dioſcoride de la Bibliotheque du Roi de France, parceque, dit-il, on voit clairement qu'ils ont été copiés par une main égyptienne accoûtumée par la conformité des charactères Cophtes, à conſerver l'ancienne écriture majuſcule. Il eſt ſûr que les livres d'Egliſe, Miſſels, Antiphonaires, Lectionaires des Grecs et des François,*

marum; minorum scilicet, quae saeculo VIII et IX iam occurrunt. teste Montfauconio, quaeque laudatus Montfauconius, Pal. gr. p. 336. secundum aetatis ordinem dispofuit, fingula, paucis exceptis, non folum occurrunt in codice

çois, quoique très recents, ont conservé l'ancien charactère uncial, pour pouvoir être lus de loin, ce qui a trompé beaucoup de Critiques. Il faut beaucoup se défier des jugements qu'ils ont portés sur l'Antiquité des MSS. parceque la plûpart n'étoient pas assés familiers avec la Palaeographie. Dans le commencement du second tome de mes Anecdota graeca j'ai relevé l'erreur de Millius qui avoit tant collationné de MSS et qui dit qu'un Auteur que j'ai prouvé evidemment être du XIV Siecle, avoit été écrit dans le huitième. Mr. Michaelis a montré dans ses curae in Versionem syriacam que Wetstein s'est souvent trompé, et a mal lû les abbréviations des Editions imprimées du Nouveau Testament, ce qui est arrivé a Isaac Vossius, à Joseph Scaliger même, comme vous le verrés dans mes Anecdota In litteris, d 12 Febr. 1783 datis, ita pergit: *Mr. Knittel à la fin de son Vlphilae uersio non nullorum capitum ep Paulli ad Rom. (Brunsuici, 1763. 4) a donné la notice de plusieurs MSS grecs rescrits de Wolfenbutel, et entre autres celle d'un MS. de Galien, dont il rapporte le Specimen Tab, VI.* Num. III, IV, pag. 260. *et qu'il dit aussi ancien que l'Alexandrin; mais il est aisé de voir que les charactères en sont bien plus allongés et moins ronds, ce qui marque qu'il est bien plus recent. Au reste le MS de Wolfenbuttel a cela de très remarquable et d'unique qu'on y voit toujours l'epsilon figuré E, au lieu de l' ϵ lunatum, forme beaucoup plus recente qu'on voit dans tous les autres MSS. — Il y a, comme vous sçavés, quatre sortes de MSS. grecs. Les meilleurs sont ceux qui sont écrits en Grece et dans l'Asie Mineure: ensuite viennent ceux d'Egypte, puis ceux de Calabre, et surtout des Grecs d'Hydruntum, maintenant*

dice nostro; sed et aliquod nouarum supplementum facili negotio colligi potest. Ex iis uero formis, quae hodie quotidiano usu cognitae sunt, minime inuenies hodiernam formam litterae β. μ. ν. ν. π. ρ.; litterae ι, et υ, quando alteri uocali non adiunguntur, nec diphthongum efficiunt, ad lectorum, maxime imperitorum, commodum, punctis superne notantur diaereticis: tantum uero abest, ut haec puncta nouitatem Codicis prodant, ut potius, teste Montfauconio, ab annis plus mille, in quinti sextiue saeculi codicibus, litteras has his punctis notatas deprehendamus, conf. Pal. gr. p. 33. Littera β passim per μ effertur, quae forma, teste Montfauconio, frequentissime in Codicibus a nono Saeculo passim occurrit. Palaeogr. p. 263, et 335. Hinc, dum a Librariis saepe pro υ habebatur, magnam errandi materiam praebuit, et cum integra saepius uocabula minus bene arcteque cohaereant, non raro temere diuulsa ita, ut antecedentis uocabuli finis, sequentis initium proxime adtingat; dubius atque incertus pendeo, utrum Codex noster ex alio descriptus, an potius ex ore dictantis, calamo exceptus fuerit? Saepius laudatus Montfauconius, Palaeogr. p. 32 obseruauit in Codicibus uoces, spatio interposito distinctas duas eiusdem uocis syllabas,

tenant Otranto, sçavante école de la langue grecque dans le XII Siècle: puis ceux écrits en Italie par des Italiens. Il est aisé de voir, si un MS. est calamo, uel penna exaratus. *Je donnerai un jour une Paléographie critique beaucoup plus ample et plus exacte que celle de Montfaucon, dont j'ai deja corrigé beaucoup d'erreurs dans mes* Anecdota graeca, *dont l'Ionia fait le premier volume.*

bas, pari intercapedine feiunctas; ita, ut non numquam prior fyllaba cum praecedenti uoce, pofterior cum fequenti, coniungatur. Abbreuiationes, fiue compendia fcribendi, quibus graeci calligraphi a Saeculo nono, ufu litterarum uncialium expirante, frequenter ufi funt, adeo fingulares confpiciuntur, ut et in hoc genere, poft largam Montfauconii meffem, fpicilegium inftitui poffit haud infecundum. *Haec Schoenlebenius.*

Codices in forma quarta.

In Membrana.

Num. 1. a. Canticum Canticorum. Saec. XIII.

b. Prouerbia et Ecclefiaftes Salomonis, cum gloffis. Saec. XIII. Commentarius adiunctus Saeculi XIV effe uidetur. Deficiunt folia 39.

2. Conftitutiones Ordinis Velleris aurei, e gallico in latinum conuerfae; *impreffae.* Adiuncta funt addita et immutata in Conftitutionibus Ordinis Velleris aurei. Recufae funt Vindobonae, 1757. fol. min.

3. Tabulae Alphonfinae. Saec. XIV.

4. Opus Prudentii. Saec. X. (conf. N. 24.) Folior. 179.

Codex inchoatur uerbis *Gennadii* de Scriptoribus Ecclefiafticis, Cap. XIII:

Prudentius uir fecularis litterature eruditus. compofuit Kyro/HVM (*manualem*) detoto ueteri et nouo teftamento perfonif exceptif. Commentatuf & in amorem grecorũ EXaMEPON (*i. VI dierum*) demundi fabrica ufq; ad condi-

 tionem

tionem primi hominiſ. etinpreuaricationem eiuſ. Compoſuit etlibelloſ quoſ greca appellatione praetitulauit. aΠΟΘΕaCIC. ΨyΧΟΜaΧΙa. aΜaΡΤΙΓΕΝΙa ideſt dediuinitate. de compugnantia animae. deordine (origine) peccatorum.

Fecit etinlaudem martyrum ſub aliquorum nominibus. Inuitatorium admartyrium librum unum. Etymnorum alterum. ſpeciali tamen conditione aduerſus ſymmachum idolatriam defendentem.

Ex quorum lectione agnoſcitur palatinus miles fuiſſe.

ΤΡΙΚΟΛΟC. ΤΡΙCΤΡΟΦΟC

Iam primus uerſuſ eliconiuſ dicitur conſtans ex ſpondeo choriambo. & pyrrichio. Scanditur autem ſicut dimetrum iambicum archiloicum. acatalecton. monocolon. Secunduſ uerſuſ aſclepiadeuſ. conſtanſ ex ſpondeo et duobus choriambiſ. etpyrrichio. Tertius choriambicus. ſaphicus. conſtans exſpondeo. et tribus choriambis etpyrrichio.

INCIPIT PREFATIO.

PER QVINQVENNIA IAM DECEM

Ni fallor fuimuſ. Septimuſ inſuper *etc.*

Contuli cum editione *Cellariana.*

Verſu 24 legitur *meſſalae*, pro *me Saliae*, *i* eraſo.

CATHEMERINON LIBER YMNVS AD GALLI CANTVM.

ALES DIEI NVNCIVS

Lucem propinquam praecinit
Noſ excitator mentium *etc.*

Rubri-

Rubricae et primi uerſus ſemper litteris uncialibus ſunt ſcripti.

Fol. 27 poſt Hymnum decimum, legitur:

Incipit Liber ſecundus περι ςεφανων.

Hymnum primum claudit uerſus, qui in *Cellariana* abeſt:

Quo beatae trinitatis concinatur gloria.

Iſtum Hymnum ſequitur quintus, ſ. Paſſio S. Vincentii Martyris.

Fol. 37. b. Hymnus II. Incipit Paſſio Sancti Laurentii.

Fol. 45. Hymnus XI. De paſſione Hippolyti Martyris.

Fol. 51. b. Hymnus XIII. Paſſio beati Cypriani.

Fol. 54. Incipit Apoſtolorum paſſio Petri et Paulli; ſ. Hymnus XII.

Fol. 56. Hymnus IV. Paſſio decem et octo Martyrum.

Fol. 60. Hymnus XIV. Paſſio Agnetis uirginis.

Fol. 63 *leguntur* Verſus conſtantine. conſtantini filiae ſcripti inabſida paſilice. quam condidit inhonore ſcē agnetis.

Conſtantina deum uenerans chriſtoque dicata *etc.*

Item damaſi pape uerſus de eadem.

Fama refert ſanctas dudum retuliſſe parentes etc.

Fol. 64. Hymnus III in honorem b. eulalie martyris

Fol. 69. Hymnus VI in honorem martyrum Fructuoſi, Augurii et Eulogii.

Fol. 72. Hymnus VII in honorem Quirini Martyris.

Fol. 73. b. Hymnus IX. Paſſio S. Caſſiani Forocorneliensis.

Fol. 76. Hymnus VIII. De loco, in quo Martyres paſſi ſunt.

Fol. 76. b. Hymnus X. Paſſio Sancti Romani martyris.

Fol. 98. b. Finit Liber Περι στεφανων. Incipit Ymnus (Hymn. XI καθημερινῶν) octauo Kalendas Ianuarias, ſ. de natiuitate Domini.

Fol. 100. Hymnus XII. Epiphaniae.

Fol. 102. b Finit Cathemerinon Aurelii Prudentii Clementis. V. C. Incipit de opuſculis.

Piuſ. fideliſ. innocenſ. pudicuſ *etc.*

Fol. 103 (Diptychon, ſiue Enchiridion utriuſque teſtamenti) Adam et Eua.

Fol. 108. b. omiſſum eſt Tetraſtichon XLIII. Sepulchrum Chriſti.

Fol. 109. b. Praefationes duae in Apotheoſin.

Fol. 110. b. Apotheoſis. Contra haereſim, quae patrem paſſum affirmant.

Fol. 115. Contra Vnionitas.

Fol. 118. b. Contra Iudaeos.

Fol 124. b. Contra Homuncionitas.

Fol 130. b De natura Animae.

Fol. 134. b. Aduerſum Phantaſmaticos qui Chriſtum uerum hominis corpus habuiſſe negant.

Fol. 137. b. De reſurrectione carnis humanae.

Fol. 138. Hamartigenia, ſeu de origine peccatorum, aduerſus Marcionitas, qui duos Deos eſſe adfirmant, Liber *ſecundus* dicitur, quia (ut in aliis Codicibus) Apotheoſis ſ. Liber de diuinitate Chriſti, ſuperior uocatur.

Fol. 163.

Fol. 163. Psychomachia usque ad uersum 605.

Et antiquitate et scriptura iste Codex par est sequenti.

5. Terentii Comoediae, cum Scholiis. *) Saeculi X. folior. 112.

In primo folio legitur nomen pristini possessoris Saec. XV: *acomodatus M. Michaeli de fullendorff secretarij* (ita legitur) *Dñi Regis romanorum.*

JNCIPIT VITA TERENTII (ex *Aelio Donato.*)

Terentiuſ afer genere cartaginiensis puer capt & a quodam terentio lucano emptus. litteriſ g̃ciſ latinisq, instructuſ. cū librariuſ eiuſ eſſ& mox propter elegantiam studiorum, morumque inamicitiam perductuſ scipioni leli sapientiſ furipili quorum fabulaſ inscena dare inimici diffamabant maxime tamen lusciuſ lanuuinuſ qui emuluſ eiuſ erat. hanc opinionē sed cum criminarentur quidā terentium ñ uere g̃corum n oreſ exprimere pleraq, inlatina ferre consuetudine ut instituta g̃corum moresq, cognoscer& athenaſ profectuſ est. ibiq. aliquandiu cōmoratuſ menandrum inlatinū sermonē transtulisse dr̃. cum romā petituruſ eēt sarcinaſ fabulasq, quas ibi conscripserat innauem imposuit. que malleon circumitura erat ipse terrestri itinere patraſ pfectuſ ē. ubi et nauē exspectare constituerat auditoque naufragio egre ferenſ amisiſſe fabulaſ stimphalim decessit inarchadia pupliceq. sepultus ē. GN. Dolabella. fuluio honorio consulib.; fabule eiuſ exstant quattuor emenandro trans-

*) E Donato ut plurimum. Per totum Codicem explicationes paucis uocabulis sunt suprascriptae.

tranſlate. Andria. & eunuchuſ. Adelphoſ Eautontimerumenon. Duas exappolldoro carcio, Echira & phormioſ. Eunuchū uendidiſſe dr̄ octo milibuſ nummorū, qd precium ante eum nemo accipiebat.

Sequuntur *Terentii uerſus:* Natus in excelſis etc.

Argumentum Andriae.

Sororem falſo creditam &c. *Omiſſa ſunt:* Acta Ludis Megalenſ. &c.

Fol. 2. Incipit Liber primus Terentii Afri In Andria.

Contuli cum textu *Richardi Bentleii* Actum I. Scena I, u. 13. *Simo.* Haud muto factum. Ita etiam in uulgari textu legitur.

u. 59 *Phedriam* mendoſe pro *Phaedrum.*
u. 75. *hic nuptias,* mendoſe pro *nuptiis.*

Praeter talia plura nihil fere notabilis diſcrepantiae deprehendi.

Leguntur etiam in fine Andriae uerſus Scenae ineditae, uti in Codice Bibliothecae Vniuerſitatis Altdorfinae.

Pamphilus. Chremes. Carinus. Dauus.

Te expectabam. eſt de tua re quod agere ego uolo.
Operam dedi ne me eſſe oblitum dicas tuae gnatae alterae
Tibi me opinor inueniſſe dignum te atque illa
Perii daue de meo amore ac uita ſors tollitur.
Non noue iſthaec mihi conditio eſt ſi uoluiſſem pamphile.
Occidi daue mane perii. id quam obrem non uolui eloquar.
Non iccirco quod eum omnino affinem mihi nollem hem tace.

Sed

Sed amicitia noſtra quae eſt a patribus noſtris tradita.
Non aliquam partem ſtudii ad ductam tradi liberis,
Nunc cum copia ac fortuna utrique ut obſequeretur dedit,
Detur benefactum abi atque age homini gratias ſalues chremes
Amicorum meorum omnium mihi agiſſime
Quod mihi comminus eſt gaudio quam id quod abs te ex, peto.
Me repperiſſe ut habitui antehac fui tibi. animum.
Quoad cumque applicaris, ſtudium exinde interit tute
Exiſtimaueris, Id ita eſſe facere coniecturam ex me licet.
Alienus abſte tamen quis tu eſſes noueras, Ita res eſt gnatam tibi
Meam philumenam uxorem et dotis ſex talenta ſpondeo.

Sequuntur ſcripti a manu Saeculi XII tres uerſus: *Proſthefis apponit* etc.

Poſt uerſum 59 Act. I, Sc. V, folio 7 ſeq. alia manu Codex ſcriptus eſt, eiuſdem aetatis, ſed litteris minoribus,

Adelphos ſequitur Hecyra, et illam fol. 93. b Phormio, In ultimi folii parte auerſa poſt uerba: *Calliopius recenſui nouiſſima*, legitur manu Saeculi XI uel XII:

Adelheit. Hedwich. Matthilt curialeſ aduleſcentule unum par ſunt amicitie.

Non numquam littera a ſcribitur uti duae litterae ae, qui mos ſcribendi iam a ſexto Saeculo inualuit. Omnes tituli perſonarum litteris uncialibus exarati ſunt.

6. a. S. Marci Euangelium, cum gloſſis Hieronymi et Bedae, Saec. XIII.

b. S. Iohannis Euangelium gloſſatum. Saec. XIV.

7. Perſius cum Scholiis. Saec. XIII. foliorum 17. Deficiunt ſex ultimi uerſus: *Vende animam lucro*, etc. Vid. infra num. 36 et 41.

Auli Perſii Flacci Satiras ſex ad fidem optimarum editionum cum nariis Lectionibus Codicis Ebneriani edidit Ge. Frid. Sebaldus, tabulisque aeneis incidit Ioh. Mich. Schmidius. Norimbergae, 1765. 4. fig.

8. Leonardi Lauredani, Ducis Venetiarum, originale mandatum A. 1510 pro Marco Arimundo, Rectore et Prouiſore Cathari (ab a. 1418 Venetis ſubiectae Vrbis in Ducatu S. Sabae, Dalmatiae Venetae). Foliorum 18. in fol. min. Titulus elegantiſſime pictus atque deauratus eſt.

Nos Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum. etc.

Committimus tibi no. Viro MARCO Arimundo dilecto ciui et fideli noſtro quod in nomine Jeſu chriſti et in bona gratia uadas et ſis Rector et prouiſor noſter Cathari per annum, ſeruiendo gratis menſibus quatuor, et tantum plus quando ſucceſſor tuus illuc uenire diſtulerit habendo bonam et diligentem curam ad honorem noſtrum et bonum ſtatum, et conſeruationem dicte ciuitatis et committatus (*ita*) quemadmodum de prouidentia et ſollicitudine tua ſperamus. etc.

Fol. 4. —— *Habiamo deliberato ſcriuerui queſto cum el noſtro conſeglio de pregadj uoiando et condemnandoui che per quanto hauetj cara la gratia noſtra honor faculta et uita propria uuj uicinate et fatte uicinar tuti li homini noſtri a uuj ſotto*

ſotto posti cum li ſubditi del Signor turcho quieta et paccata et amiche uolmente et non conſentite che per alcun modo palam uel oculte directe uel indirecte lj ſia inferito ofenſa iniuria o vero danno et ſe alcun lo faceſſe hauendonj uuj recbiamo o per altro modo, noticia, miniſtratelj raſon ſummaria et expedita, etc.

Fol 6. b. Item non potes ex forma partis capte in conſilio X. die IIII Iulij MccccLxxxviiij. ultra unam armam ſolam expictura et non exculptura ad tuj beneplacitum ponendam intus palatium reſidentie tue et non extra pingi uel ſculpirj facere armas tuas in palacijs publicis etc.

Fol. 16. b. Obſeruabis demum partem captam in conſilio noſtro X, die ultimo auguſti 1506, quam in cancellaria tuj regiminis iuſſimus regiſtrarj que pars diſponit et ordinat circa natiuitatem filiorum nobilium noſtrorum qui extra hanc ciuitatem Venetiarum naſcuntur prout in ea lacius continetur.

Fol. 17. Actum in noſtro Ducali palatio Die xxvij Septembris indictione xiiij. M°. D°. Xmo.

Fol. 17. b. *Vui auede Salario a l'anno et a ragion d'anno Lire* 8678.

Adpendet Sigillum plumbeum. In parte aduerſa conſpicitur Dux coram S. Marco, cum epigraphe: S. M. VENET. LEO LAVRED. DVX. In auerſa legitur: LEONARDVS LAVREDANVS DEI GRA DVX VENETIAR ETC.

9. Codex foliorum 93. Saeculi XIII. Continet:

a. Ho-

a. Honorii, Presbyteri Augustodunensis, Ymago mundi, s. de dispositione orbis; i. e. Geographia, et Chronolologia. In capite de Insulis fol. 6. b legitur: *Est quedam oceani insula dicta perdita. amenitate et fertilitate omnium rerum pre cunctis terris longe prestantissima. hominibus incognita. que aliquando casu inuenta. postea quesita. non est reperta. et ideo dicitur perdita. Ad hanc fertur brandanus uenisse.*

Fol. 12. Incipit Liber secundus.

Fol. 19. b. Incipit Liber III. Scripta sunt isthaec sub finem Saeculi XIII.

Vid. *Fabricii* Bibl. lat med. III, 813. Omisit Heilbronnerus in Historia matheseos uniuersae.

b. Fol. 33. Tractatus chemici fragmentum. Saec. XIII.

c. Fol. 37. Tractatus de passionibus aëris. Saec. XIII.

d. Fol. 51. Theologica.

e. Fol. 55. Incipiunt documenta Sermonis fratris Alberti magni de colonia.

f. Fol. 61. Palladius breuiatus per Godefridum. Saec. XIV. Est epitome barbara. Sub finem non nulla desunt. Exstat etiam in Bibliotheca Trewiana, in 4to MSS. Cod. II, num. 20. ut etiam in Paullina Vniu. Lipsiensis. Vid. I. M. Gesneri Praefat. ad Scriptores rei rusticae, pag. XV. Ill. Hallerus in Biblioth. Botan. omisit istum Godefridum.

g. Fol. 37. Incipiunt figure excerpte de Geometria. Ad altitudinem cum speculo uel aqua metiendam.

Ad altum metiendum cum ortogonio.

Ad altitudinem metiendam cum propria umbra.

Ad planitiem cum arundine metiendam.

Ad

Ad altum cum arundine.
Ad planitiem metiendam cum horoſcopo.
Ad planitiem metiendam cum arundine.
Cum quadrato et mediclinio.
Ad puteum cum horoſcopo metiendum.
Cum arundine.
Ad altum inacceſſum cum horoſcopo metiendum.
Ad altum cum ſagittis et filo menſurandum.

De horis diei et noctis cum aſtrolabio inueniendis ſine difficultate.

Ad horam cum quadra horologium inueniendum.

Ad alicuius terre uel loci latitudinem inueſtigandam cum ipſa quadra.

Ad altum metiendum.
Ad profunditatem fluminis.
Compoſitio aſtrolabii.
h. Fol. 83. De humana Muſica.
i. Fol. 90. b. De Phiſonomia (Phyſiognomia)

10. Iohannis Euangelium gloſſatum, quod a uerſu 30 Capitis IX incipit. Saec. XIV.

11. Epiſtola Iacobi, Ep. I et II Petri, et Epiſtola I Iohannis ab initio uſque ad uerſum 3 Capitis quarti. Saec. XIII.

12. *Der Schwaben - Spiegel.* Saec. XIV. Vid. etiam Cod. in Fol. ſupra, pag. 74. N. 109.

13. Senecae particulae Libri I et II de Clementia; et Epiſtolae; paginarum 104. Saec. XV. Deficiunt permulta.

Pag. 1 — 5 leguntur laciniae ſ. excerpta Libri I et II de Clementia.

Pag.

Pag. 6 incipiunt Epistolae Senecae, a prima usque ad quinquagesimae octauae uerba: *negat Plato ex iis esse, quae uere sint.* Contuli eas cum textu e recensione Andreae Schotti, discrepantiasque parui momenti deprehendi.

14. Iohannis Germain († 1362) tractatus de uirtutibus Philippi, Burgundiae Ducis. Scr. a 1452.

15. Priuilegium Doctoratus in Medicina in Academia Patauina Bern. Winterbachio datum MDCLXXXVI.

16. Hospitalis S. Mariae nouae in urbe Florentina principium, ordo et institutio. Saec. XVII.

17. Liber diaetarum uniuersalium. Saec. XIII.

18. a Bedae Venerabilis Liber Scintillarum.

Sunt loci communes sententiarum ex sacris litteris et patribus, digesti per capita siue titulos LXXXI. Leguntur in Tomo VII, Num. 7. Operum Bedae, Colon. 1688. fol.

b. Admonitio S. Augustini de lectione diuina.

c. Liber de conflictu uitiorum atque uirtutum.

d. Varia e S. Augustino excerpta.

e. Incipit excerptum de libro qui uocatur Synonyma (s. Soliloquia) beati Ysidori episcopi. Omnia scr. Saec. XIV.

19. Fragmentum Tractatus de Motu. Saec. XIII.

20. Platonis Timaeus, s. de natura, dialogus. Latine, cum glossis. Saec. XIII.

21. Virgilii Bucolica et Georgica, Saec. XII. cum epigrammatibus (ita legitur) Ouidii in totum Virgilium. Saec. XIII.

22.

22. Alani (ab Insulis, mortui a. 1202.) Anti-Claudianus, s. Encyclopaedia, contra *Claudiani* Ruffinum. Codex in fine mancus. Saec. XIII. Edidit opera Alani ab Insulis, dicti *Doctor uniuersalis*, Carolus de Visch, Ord. Cisterc. Antuerp. 1653. fol.

23. Bened. Coeleri XIII Imperatorum a Rudolpho usque ad Ferdinandum II imagines, cum laude singulorum metrica. Adiecta est Ferdinandi III imago absque laude.

24. Glossae super Catonis Disticha, Auienum, Horatium, Prudentium de Psychomachia, Ouidium de Ponto, Prosperum et Alexandrum. Fragmenta scripta Saec. XIII et XIV.

25 — 32. Vid. Cod. arabici.

33. Nicolai de Lyra Disputatio de Iudaeis. 1309.

34. Vid. Cod. arabici.

35. Liber precationum germanicarum, nitide script.

36. Commentum in Persium. Saec. XIII. Foliorum 48. (Vid. n. 41.)

Notum est, isthaec Scholia non esse unius auctoris, nedum Cornuti, Probi, aut Acronis, sed ex diuersae aetatis et eruditionis interpretum notis fuisse conflata. Cornutus saepe in isto commentario allegatur.

37. a. Boethii liber de sancta Trinitate, ad Symmachum.

b. Contra Eutychen ac Nestorium, de Persona et Natura, ad Iohannem, Diaconum Ecclesiae Romanae. Saec. X. Folior. 64.

Exstant

Exſtant inter opp. Pariſiis 1680 in 4ta edita, adcurante Petro Callyo. Contuli aliquot folia cum editione Renati Vallini, Lugd. Bat. 1656. 8. Paucas differentias obſeruaui. Prooemium a libri contextu haud ſeparatum eſt. In uariantibus lectionibus congruit noſter codex cum duobus uetuſtiſſimis in Bibliotheca regia Pariſina.

38. a. Hieronymi Interpretationes nominum hebraicorum.

b. Etymologicus tractatus. Saec. XIV.

39. Proſperi epigrammata in Dicta Auguſtini. Saec. XIII.

40. a. Apocalypſis cum gloſſis.

b. Canticum Canticorum, gloſſatum. Saec. XIV.

41. Codex folior. 39 Commentum in Iuuenalem, Lucanum, Perſium, Sedulium, Horatium, Virgilium, Prudentium. In fine leguntur uaria praecepta metrica. In paucis ad *Lucanum* Scholiis haſce uariantes Libri I lectiones adnotaui:

Lib. I, uerſ. 185. Rubiconis ad undam.
uerſ. 397. curuam ſuper ardua ripam.
398. cohibebant linguones armis.
402. Ruteni.
419. rura nemeti.
422. Sanctonus.
423. Sueſiones in armis.
426. monſtrati belga couinni.
442 per colla decore.
463. criniferos — — caicos. (i. e. *frieſen*)
602. aliique ſodales. Saec. XIV.

42. Biblia

42. Biblia latina uulgata Saec. XIII. Folior. 613. Codex nitide ſcriptus.

43. Tractatus de Fide Catholica. 1417.. In charta.

44. M. Tullii Ciceronis Libri Rhetoricorum. Saec. XIV.

45. Eiuſdem Laelius, ſiue de Amicitia. Saec. XIII.

46. Ouidii libri Triſtium. Saec. XIII.

47. Lucanus de Bellis ciuilibus. folior. 76. Saec. XIII.

En lectiones uariantes Libri I. quem cum textu Grotii contuli:

Verſ. 24. adpendent menia tectis.
54. qua uergitur auſtri.
66. Tu ſatis ad uires romana in carmina dandas.
89. terramque leuabit.
103. Ionium egeo franget mare.
120. Permiſſum ducibus.
137. Exuuias ueteris populi.
141. Sed quamuis.
154. perſtringens lumina.
169. Curionum (*mendoſe*)
178. Hinc rapti faſces precio.
205. Signa tulit propere.
222. Turba uado faciles iam fracti etc.
224. conſtitit undis.
247. in pectore queſtus.
254. cimbrumque furentem.
279. Exilium tua nos facies.
287. Capitolia lauros.
290. Decretum genero.

334. Quis scelerum modus? ex hoc iam te etc.
359 Scilicet exclamat.
360. Nominis, et ius est.
396. fixa lamamno. (Lemano)
397. curuam super ardua ripam.
404. milite uarus.
408. meneci.
419 Vt superi uoluere lates. tunc rura nemetis.
429. pollutus fedore cotte.

Post uersum 435 omissi sunt quinque uersus adiectitii, uti in omnibus MSS. antiquis et in edit. Rob. Stephani 1545.

451. Sacrorum driade.
466. robore partes (*additum eadem manu*) uel uires.
479. maiorque feroxque.
490. Tum que tuta petant.
506. Fletibus haut dubie patrii dum etc.
518. intra tentoria sonos.
545. Ora ferox sicule laxauit mulcifer ethne.
583. marium uidere sepulcro.
586. Arruns incoluit deserte menia luce.
608. nomen et sacris admouet aris.
633. cesique in pectora tauri.
639. At figulus cui certe deos.
644. Aut si fata mouent urbi generique parantur.
654. Totaque discusso.
657. Succensusque tuis.
658. Hi cessent.
667. manu. clerique.
672. Extrahe ciuili iam tantum libera bello.

690.

690. Arripimur. patrie sedis remeamus in urbem.

Libri I uariantes lectiones misi dom. Ioh. Aloisio Martino Laguna, qui Zwicauiae degit. Vid. eius ep. ad Cel. C. G. Heyne de libris Lucani editis Saeculo XV. 1787. 8.

Bibliopegi negligentia librum IV excipit pars sexti, dein sequitur quintus. Vid. quoque Theoph. Sinceri (Schwindelii) Notit. libror. rar. in 4. pag. 332 seq.

48. Commentum in Ouidii Metamorph. Saec. XIV.

49. Vid. MSS. Orientalia.

50. Iuuenalis Satira. I usque ad XI u. 152. *Suspirat longo* etc. cum Scholiis. Desunt tamen et alia, u. c. Satira VI, u. 181 — 214. Sat. VIII, u. 1 — 62 et X, 9 — 70. Saec. XIII.

Codices chartacei.

51. *Hanns Sachsens eigenhändige Sammlung von 398 Meistergesängen, angefangen* 1517. Cod. chartac.

52. a. Tractatus de Confessione.

2. Expositio orationis dominicae.

3. Summa rudium authentica. Cod. chart. Saec. XV.

53. *Von der Künspergischen Familie, und deren Leben.* Saec. XVI.

54. Christ. Ad. Ruperti Collegium historicum, in quo obseruationes in L. Annaeum Florum politicae, morales, historicae, criticae. 1643.

Editae sunt hae Obseruationes politicae, a Christophoro Arnoldo. Norimbergae, 1659. 8.

55. *Der Herren von der Burgerstuben zu Augspurg Hochzeitregister von* 1484 — 1560. *P. E. I. R.*

56. a. Guidonis de Conchiaco, (de Cauliaco, f. *Guy de Chauliac*) Medici et Chirurgi Clementis VI Papae, (fcripfit fub Vrbano V, 1363. *de Haller* Bibl. Chirurg. T. I, p. 157) tractatuli aliquot medici.

b. Beneuenuti Graphei de Ierufalem noua ars probatiffima oculorum.

Edita eft poftea Venetiis, 1497. fol. 1500. 4.

c. M. Petri Hifpani liber oculorum. Omnia Saec. XV.

57 *Rofengarten der Philofophen, von der vvahrhaftigen Weife, den philofophifchen Stein zu bereiten.* Saec. XVI. cum figuris ligneis adglutinatis.

Eft translatio *Rofarii Philofophorum*, impreffi A. 1550. 4. cum figuris ligno incifis. Francofurti ad Moenum.

58. *Chronica des ganzen Fuggerifchen Gefchlechts, bis* 1600.

59. Epiftolae et praefationes uariorum clariff. Virorum Saeculi XVII, ab a. 1645 — 1667. u. c. Cafp. Hofmanni, Dan. Heinfii etc. manu I. G. Richteri defcriptae.

60. *Erfurtifche Chronik vom J.* 438 *bis* 1572.

61. a. *Von Ervvehlung und Regierung von kenig vnd kayfern befcheen von der geburt Chrifti liiij.* Saec. XV.

b. *Chronica von der Stadt Gmünd.*

c. *Ain prophezey, fo Sant Hiltgart gethan von der plag fo vber die gaiftlichen geen vvert.* Saec. XV.

d. *Ain vvare gloffe vnd offenbarung St. Johannes vber die letzten Capitel gemacht.*

e. *Von aim Ainfidel, vvie ihm Gott der Herr begegnet ift &c.* Saec. XV.

f. *Ain*

f. *Ain schön historia von ainem Bruder, vvie er Gott erzürnet, daſs er Jhn begert zu sehen.*

Sequuntur impressa:

g. *Die Geschicht Dracole vvaide. Vollendet* 1488. Vixit iste latro et homicida A. 1456.

h. *Kynig Maximilian ervvelung.* 1486.

i. *Kynig. Maximiliani cronung vnnd gemeiner landfride.* Germ. et lat. 1486.

k. *Das ist der handel vnd furnemen etlicher in Flandern gegen der Romischen kuniglichen Maiestet.* (1488)

l. Transsumpta quedam ex parte Sororis Lucie quarumdamque aliarum Sororum nuncupate de tercia Regula diui patris Dominici Ord. predicatorum quorum originalia habentur in conuentu Nurmbergensi eiusdem ordinis. 1501.

m. *Wie die herschafft zu Venedig hat ausschreiben lassen in vvelhisch, volgt hernach in teutsch.* 1500.

62. Pars II Grammaticae, seu Doctrinalis Grammatices Alexandri Dolensis, seu de Villa Dei, (floruit A. 1240) Carmine leonino scripti. Saec. XV. Codex chartaceus, ab initio laceratus.

Edita est cum Petri Hispani tractatibus, Moguntiae, 1462, et cum explicatione Lud. de Guaschis, Venetiis, 1483. Noribergae, 1482. Pars I. ib. 1491. P. II. 1492. 4.

63. a. *Humbertus Epistel von den drey Hohvvirdigten vvesenleichen Reten aller geistlicheit vnd von etlichen tugenden.*

b. *Von den 15 Stufen götlicher Minne vnnd Liebe.* Cod. partim membran. partim chartac. Saec. XV.

64. a. *Eyn Sermon von vnsrer lieben Frovven.*

b. *Fünf vnd zvvanzig Freuden von U. L. Frauen, samt andern Predigten.* Saec. XV. Deficit in fine.

65. *Ein Band alter deutscher Gedichte.* Saec. XVI. Deficiunt in fine.

66. Quinctiliani Declamationum liber. Scripsit Guil. de Salmis. Papiae, 1464. Codex nitide scriptus.

67. Conciones (de tempore, de Sanctis, et Quadragesimale) Henrici Susonis, Ord. Praed. Vid. Susonis Horologium Sapientiae, editum a P. Reginaldo Braun Ord. Praed. 1724. p. 51.

68. Eginhardi uita Caroli Magni, Libri IV, cum dedicatione Matthiae Helfferi ad Georg. Fuchs, Episc. Babenbergensem. Saeculi XVI. Deficit in fine.

69. *Doctrinal der Layen, drey Bücher.* 1443. Cod. Chart. Saec. XV.

70. *Das Puch heyst Erkantnuss der sünd.* Saec. XV.

71. Vid. Codices arab.

72. Foliorum 26. Epistola Samuelis Karoch, laureati poetae, de amore cuiusdam studentis erga mulierem cinaticam incipit feliciter. *) In 8. Intermixta a bibliopego folia in 4ta forma, aliam continent historiam studiosi amatoriam, ualde male et uitiose scriptam. Annatim quodam

*) Lineis interspersae sunt explicationes latinae superfluae.

clam fubii diuerforium titifandi caufa et forandi (uorandi) cum dira fames me nimium cruciaret optulit fe illico meo confpectui mulier facie egregia atque forma integra. Hanc ubi primum infpexi mirum in modum eius ingenium admirabar tum fupra id facere ftuduit ut mores effent fue forme confimiles, quare de hero cogito qualis effet cui tunc decus domi fuiffet. Ideo namque eum fore uirum in quo lucebat comoditate condita grauitas non admodum grandis natu fed tum iam etate perfectus et quamuis fapiens habebatur parum tamen ciuitatis nouit ubi fic uidi eos etate effe difpares *etc.*

In fine legitur: Michael dictus Zwifalten fcripfit a quodam abaculario anno dni m ꝯ viij (1408.)

Altera hiftoria amatoria intermixta ita clauditur fol. 9: finit congeftum per famuelem Karoch poetam contextum quod ob reuerentiam almae uniuerfitatis pro quodam prandio — poetatus fum.

Fol. 9. b. Buridanus nacione picardus profpicacis uir ingenii. (*Buridanus, cuius fcripta nota funt, A. 1320 erat in Vniuerfitate Parifina Rector magnificus, docebatque Philofophiam.*) Cum in uniuerfitate parifienfi in collegio nouerre quod omnium collegiorum ibidem eft maximum quamuis maximos libros compofuerit ceteraque preclara facinora fequacibus pofterifque fuis ad fempiternam ejus memoriam ftatuendam reliquit, tum aliis fuis preclaris factis dimiffis folum unum memorie tradere dignum uifum eft qualem nephandam muliebris libidinis ftultorumque adolefcentulum miferandam cladem et oppreffionem mira calliditate prohibuerit. Nam quodam tempore ad buridani aures

 loquax

loquax fama rumorque peruenit de regina francie nauerra nomine qualiter plerosque adolescentes Parisi uniuersitate studentes successiue ad se iusserat accersiri, quorum nullus unquam ab ea diuerti uisus est. Buridanus uero ut erat uir magna preditus solertia ex regine pallacii situ (quod super aquam seccanam iacet) studentum perditionis causam apud se recte rimatus est ut ulteriorem miserorum amantium submersionem impedire posset ad hoc oportune uestimentorum ornatu reine curiam Lusinii ingrederetur. Dum autem stophi ludo pluribus secum laborantibus certaret quippe cunctis celior cunctisque agilior esse in multiplici corporis flexibilitate ceteris expedicior uisus est Regina uero nauerre de pallacio uersus eandem curiam ad ambitum egressa buridani celeritatem miratur totiusque ludi iocunda celebritas non tum quantum ipsius buridani gracile corpus eiusque agiles et ueloces saltus reginam delectare uidebantur. Nullum autem maius solacium nauerra in regis mariti sui absentia posse habere credidit nisi ut quantocius uelocium saltatorum potiretur amplexibus. Nam qui corea ueloces sunt etiam in amoreis gignasiis expediciores creduntur. Nec mora misso nuncio buridanus uocatur ad regine pallacium etc. *Sequitur narratio de Reginae dolo crudelissimo, quem uersutia sua elusit Buridanus.* Scripta A. 1470.

Fol. 16. b. legitur uiae ab urbe Lauterburg Romam usque designatio.

Fol. 18. Ars memorandi.

73. *Bilgerfardt ghenn Jerusalem, Alkajeren, inn Egipten, vnd auf dem Berg Sinay, durch mich Albrechten grauen zu Lewenstein vnnd Herrn zu Scharpfenneckh,* 1561 et 1562.

Im-

Impressum legitur im *Reys-Buch des heiligen Landes*; P. II.

74. *Pasquilus von einem Bayern vnd Sachsen.* 1561. Abest.

75. Album Amicorum Dom. Ioh. Christophori Voit. Leguntur manus uariae Principum, u. c. Friderici Electoris Palat. 1608. Mauritii Landgrauii Hassiae. 1607. etc.

76. *Alle Bischöff zu Bamberg vndt Jre Wapen hierinnen verzeichnet bis auf Joh. Gottfried von Aschhausen.* 1609.

77. Aurea Bulla. Saec. XV.

78. a. *Auslegung des Leydens Christi.*

b. *Das ist die bezaichnung der heiligen Messe.* Saec. XV.

79. a. *Wie der Burgermeister (in Nürnberg) Ordnung und Fragen durch das Iahr nacheinander folgen.*

b. *Eine Sammlung von Formeln, die in gerichtlichen Schriften, oder Rathsbescheiden vorkommen.*

80. Anthologium Terentianum phraseologicum pariter et gnomologicum. Collegit Hier. Guil. Ebner ab Eschenbach.

81. *Lanndtbott vnnd Ordnung in der obern Pfaltz, inn unterschiedliche Artikel ausgezogen.* 1559.

82. *Ein Rathsbuch von den Wählern etc.* ab A. 1457 — 1499.

83. Inscriptiones uariae latinae in sollemniores occasiones.

84. Miscellanea historico-moralia.

85. Volumen Collectaneorum philosophico-philologicorum.

86. Origine delle Familie antiche e moderne di Roma; cum uariis italicis satiris in Pontificum Rom. obitum, atque Conclauia.

87. Vid. MSS. arab.

88. *Zufällige Anmerkungen über Hrn. Georgii Nachricht von Ansbach.*

89. Ioh. Henr. Boecleri notata in Io. Cluuerii hist. uniuersalem. Argent. 1668.

90. *Ein Böhmisches Gesangbuch mit Sing-Noten.*

91. a) Petri Thomasii, Veneti, Consilium pro Sanctissimo Papa Eugenio IV, de uniuersali praeseruatione contra uenenum. Scriptum intra a. 1431 et 1447

b) Liber phisicalium uirtutum, compassionum et curationum, collectus ex libris duobus, ex arab. in graeco linguam translatis A. D. 1100, indictione 2. Constantinopoli, ex graeca lingua in latinam. *Ex L. Kirannidarum Kiranni Regis Persarum, et ex libro Ipocratis* alexandrini, ad propriam filiam.

c) Galeni liber secretorum, qui dicitur Antidotarius.

d) Liber medicus; italice, et latine. Omnia in Italia scripta sunt Saec. XV.

92. *Geschichte des Lebens Iesu, mit Betrachtungen aus St. Augustin, St. Bernhard, Albertus Magnus &c.* 1444.

93. *Sermonen und legenden.* Saec. XV.

94. *Kurzer Verzeichnus Ihro Kayserl. May.* weltlich- *und geistlicher Schatzkammer in Wien.*

Ist

Ist nunmehr überflüssig, nachdem ein Versuch einer Beschreibung der kaiserlich-königlichen Schatzkammer zu Wien, in Nürnberg, 1771. in gr. 8. herausgekommen, jetzt aber alles verändert ist, und die Gemälde 1781 sämtlich in das Belvedere gebracht worden sind. Von dieser herrlichen Bilder-Gallerie hat mein geschätzter Freund, Herr Christian von Mechel 1783 in Basel ein Verzeichniss herausgegeben.

95. *Kurze Beschreibung von der Stadt Regenspurg.*

96. *Hanns von Gerson von der Beicht vnd von der Kunst des Sterbens.* 1448.

97. a. Ouidius de arte amandi, cum glossis.

b. de remedio amoris, uers. 1 — 128.

c. Epistola Sapphus ad Phaonem, cum responsione Marci Siculi. Saec. XV.

98. a. Vberior explicatio, uti uidetur, commentarii anonymi auctoris in Aristotelem de generatione animalium. Saec. XV.

b. Liber medicus et chirurg. Saec. XV.

99. a. Tractatus astrologicus. 1545.

b. Doct. Cratonis de iudiciis natiuitatum methodus utilissima.

c. Andreae Schoneri de Coniugio, tractatus, (astrologicus) Paulo Pfannio amicitiae ergo communicatus. 1558.

100. a. *Beschreibung der Stadt Zwickau, von Laurentio Wilhelmo, Ober-Cantore allda.* 1633. *nebst einem Chronico Zwicauiensi.*

b. *Verzeichniss der Raritäten, so in der Kunstkammer zu Dressden zu sehen.*

101. *Fünf und funfzig kaiserlicher Reichshofräthe gemalte Wappen.*

102. a. Delle famiglie Orsini, Colonna, Savelli, Conti, Sforza, *cum pictis insignibus.*

b. Relazione de' Signori Cardinali, e come siano divisi perl'elezzione del Papa con le cariche e modo della loro esaltazione. Saec. XVII.

103. a. De nobilium familiarum origine in ciuitate Neapolitana. Auctore Aelio Marchesio.

b. Antonii Feldrii IC. Neapolitani, pro Nobilibus Neapolitanis extra sedilibus deberi ad sedilia adiici. Saec. XVII.

104. Orthographia Gasparini Bergamensis, s. Barzizii, a patria Barziza, Bergamensis ditionis praediolo. Vid. Num. 108. Ser. A. 1474.

105. a. Album Amicorum Christophori Hoffmanni, Windshemiensis, *cum pictis insignibus.*

b. Genealogia Familiae Winshemianae Bernpeckiorum. Saec. XVI.

106. *Militarische Erinnerungen und Lehren aus Iul. Caes. und Hirtio Pansa zusammen getragen,*

107. *Leiden Iesu Christi mit der Gloss.* cum figuris. Saec. XV.

108. Gasparini Bergamensis Epistolarum liber. 1472.

Contuli cum editione Parisina, a Ioh. Lapidano curata, (edita 1470) sine l. et a. in fol. min. et exacte respondet MS.

Impressae

Impressae etiam sunt Basileae, 1479. fol. Dicebatur Casparinus Barzizi, quia Barzizae, in agro Bergamensi natus erat. Ciceronem primus in scholas reuocauit; mortuus est Patauii, 1431. Omnia eius opera edidit Ios. Alexander Furietti, Romae, 1723. 4. Conf. Noua Miscellanea Lipsiensia, Vol. VII, P. IV, pag. 688 seq.

109. a. *Augsburgisches Geschlechter Register.*

b. *Der Herren von der Burgerstuben zu Augsburg Hochzeit - Register von 1484 — 1582.*

c. *Von Erbauung und Aufrichtung der Burger Trinckstuben zu Augsburg.*

d. *Der Nürnbergischen Patricien und anderer erbaren Geschlechter allda Hochzeitregister von 1476 — 1605.*

110. Est continuatio praecedentis Voluminis, usque ad A. 1619.

111. Album Amicorum Iacobi Imhofii.

112. Claudiani Operum pars, qua continentur Libri II in Rufinum, de Probini et Olybrii fratrum consulatu Panegyris, in tertium et quartum consulatum Honorii Augusti, in nuptias Honorii et Mariae Odae IV, in easdem epithalamium, in Mallii Theodori consulatum, de bello Gildonico, in Eutropium libri II, de laudibus Stiliconis libri III, de bello Getico, usque ad uers. 311 inclus. Omnia cum Scholiis. Saec. XIII. In Membrana, foliorum 69.

Contuli Lib. I in Rufinum cum editione. Amstelod. 1665. 8 mai. paucasque deprehendi lectiones uariantes, quae notari merentur.

113.

113. Duo fragmenta foliorum XI, alterum theologici argumenti, alterum de ſignis caeleſtibus. In membrana. Saec. XV.

114. Pars Poematis Aratoris Subdiaconi († 562) Romani, in Acta Apoſtolorum. Codex membranaceus, hinc inde mancus, continens dimidiam partem, ad Cornelii uſque baptiſmum. Saec. XI uel XII. foliorum 26. Edita ſunt Aratoris Poemata Venetiis, 1502. 4. Lugd. 1553. 12.

115. Sim. Bornmeiſteri Synopſis catechetica Hiſtoriae ſacrae Noui Teſtamenti.

116. a. Magiſtri Ludolfi, canonici Hildeccenſis, carmina de parte orationis relata ad alia. Scr. A. 1477.

b. Anonymus de arte dicendi.

c. Liber medicus.

d. Circa unicum ſecretorum mulierum Magni Alberti Notata.

e. Liber ſimilis argumenti, in fine mancus. Omnia Saeculo XV ſcripta ſunt.

117. a. Magiſtri Henrici de Haſſia iunioris tractatus de clauibus. 1436.

b. Tr. de poenitentia.

c. De modo confitendi. Omnia ſunt Saec. XV ſcripta.

118. a. Synonyma Ciceronis, ſine initio et fine.

b. Fragmentum Topicorum Ciceronis. Codex membran. Saec. XIII.

119. Hiſtoria de conſtantia Guſildis. Saec. XV.

120. a. *Verschiedene Meistergesänge.* Saec. XV et XVI.

b. Pharetra contra Iudaeos. Saec. XV.

c. *Von der Christen Verfolgung.*

d. *Von der Fechtkunst.* Saec. XV.

e. *Geschichte Adams und Evä.*

f. *Basilii Gespräch eines Reichen und Armen.*

g. De putrefactione lapidum, et alia alchemica.

h. *Ein Gespräch zwischen Iuden und Christen.*

i. Arnaldi de Villa noua liber Noui testamenti. Alchem. Omnia scr. Saec. XV.

121. *Bekanntnus des Glaubenns vbergeben vnnd verlesen vor key. M. Churfürsten Fürsten vnd stenden vf der pfaltz 25 Iunj 1530.*

2. *Alle Gebett in der gantzen Bibel des Alten vnd Neuwen Teſtaments. Franckfort am Main bey Cyrino Iacobi zum Bart.* 1546.

* * *

Deductionum Collectio explet Volumina LXXX.

*

B. MVSEVM.

I. TABVLAE PICTAE. *)

Cimon et Pero; pictore *Georgio Pens.* Tabula elegantiſſima. *Idem praedicatum de pietate Perus exiſtimetur, quae patrem ſuum Cimona conſimili fortuna adfectum, parique cuſtodiae traditum, iam ultimae ſenectutis, uelut infantem pectori ſuo admotum*

*) In monumentis huius Pinacothecae, uario genere tabularum mirabilis, enarrandis multa occurrunt artium amatori gratiſſima, tantumque ex recenſione eorum uoluptatis, quantum prius ex iterata perluſtratione capiebam.

motum aluit. Haerent ac ſtupent hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem uident caſuſque antiqui conditionem praeſentis ſpectaculi admiratione renouant, in illis mutis membrorum lineamentis uiua ac ſpirantia corpora intueri credentes. Quod neceſſe eſt animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura litterarum, uetera pro recentibus admonito, recordari. Valer. Max. factor. dictorumque memorabilium Lib. V, Cap. IV, extern. 1.

Duae regiones pulcherrimae: *Dauidis Tenier.*

Imago S. Paulli, *Ioach. a Sandrart.*

Sex tabulae regionum; *Guilielmi a Bemmel.*

Duae aliae aedificiis repletae, manu *Ioh. Georgii Blendingeri.*

Homo ſpinam ſibi e pede extrahens in regione campeſtri; *Iohannis Erhardi Ebermayr.*

Venus; e ſchola *Titiani Vecellii.*

Venus cum Adonide; *Huberti Golzii.*

Animalia intrant arcam Noachi; manu ignoti pictoris.

Requies peracta uenatione; magna et elegantiſſima tabula. Ignoti.

Tibicen; *Baſſani.*

Imago ignota; *Rembrandti.*

Felis, Canis atque Gallina; *Ioh. Henr. Roos.*

Heraclitus cum Democrito; *Michaelis Herr.*

Duarum regionum amoeniſſimarum delineationes; *Georgii Bemmel.*

Imago uiri immortalis, Hieronymi Guilielmi Ebneri ab Eſchenbach; *Kupezki* pinxit.

Eius Coniux, nata Nüzelia; *Georgii Abrahami Nagelii.*

Maria Magdalena; pictor Belga pinxit.

Regio *Bartholomaei Wittigii.*

Duae Imagines, ab ignota manu pictae A. 1565.
Adonis cum Venere; *Iohannis Murreri.*
Duo Philosophi; *Gabr. Mülleri.*
Christus et S. Thomas; ignoti.
Hiobus cum suis amicis. Forsan manu *Caroli Loth.*
Mulier flores gestans; ignoti.
Pernophagus; ignoti.

Imago Henrici Christophori Hochmanni ab Hochenau.

Picturam *Kupezki* imitatus est exactissime *Gabriel Müller.*

Duae regiones; *A. van Boom.*
Quinque aliae; *Christophori Halter.*
Tres aniculae enectae; ignoti.

Duae tabulae depictorum insectorum; *Caroli Guilielmi Hamilton.*

Mors et diues; *Iohannis Huldrici Frank.*
Christi Resurrectio; secundum tabulam *Alberti Düreri.*
Imago Cardinalis; ignoti.
Petri negatio Christi; *Wittigii.*
Christus adparet Mariae Magdalenae; *Iohannis ab Achen.*

Duae elegantissimae regiones; *Ioh. Francisci Ermelii,* quem falso *Ermels* adpellari solent.

Vetula cum iuuene; *Lucae (Mülleri) Cranachii.*
D. Lutherus et Melanchthon; *eiusdem.*
Caput Christi; eiusdem.
Duae plagae; *Iohannis Andreae Gebhardi.*
Duae tabulae eucharisticae *Michaelis Herr.*
Duae Regiones; *Eisenmanni.*
Duae imagines; e pictura *Rembrandti* iteratae.
Mulier cum uetula; *Iohannis Erhardi Ebermayr.*

Duae

Duae regiones in tabulis aeneis, pictore *Matthaeo Meriano.*

Regio; *Paulli Deckeri.*

S. Paullus; Georgii *Gaertneri.*

Erasmus Roterodamus; secundum *Holbeinii* tabulam.

Christi descensus ad inferos. Secundum *Düreri* picturam.

Puella nobilis; *Alberti Dureri.* 1507.

Regio campestris, cum diuersis animalibus; tabula a Ioh. Henr. Roos picta.

Infantes saltantes. Tabula elegantissima *Francisci Albani,* Bononiensis. (tab. cuprea)

Saluator Mundi; *Georgii Gaertner.*

Puella; *eiusdem.*

Senex; *eiusdem.*

Pratum Hallerianum; *Guilielmi de Bemmel.*

Dextera colle uiret modico, leuiterque remissum
In cliuum surgente, sed hortis arboribusque
In speciem nemoris cultum, quibus inuolitantes
Vernant argutae uolucres, et uocibus auras
Dulcisonis mulcent, etc.

Eoban. Hessus de Vrbe Norimb. cap. VIII.

Bertholdus Tucherus cum sponsa sua Anna Pfinzingia. (A. 1365) Sine dubio e uetustissima tabula iterum coloribus expressit et adornauit *Lucas Cranachius.*

Christus cruci fixus; ignoti pictoris.

Regio; *Ermelii.*

Imago *Holbenii.*

Nocturnus prospectus; *Blendingeri.*

Tempeſtas; *Guil. a Bemmel.*

Duae regiones campeſtres; *Michaelis Herr.*

Duae aliae; *Ioh. Conradi Geigeri.*

Lucretia; ſecundum *Guidonis Rheni* tabulam.

Sponſa coronata Patricia Norimbergenſis; *Danielis Preiſleri.*

Maria cum puerulo Ieſu; *Lucae Cranachii.*

Muſicorum Symphonia; *Iohannis Oſwaldi Harms.*

Salomo idola colit; *Guilielmi de Heus.*

Aleator cum Zingara; *Wittigii.*

Regio campeſtris; Antonii *Waterloo.*

Imago Andreae Im Hofii; *Mich. Herr* pinxit. 1635.

Cataractes; *Ioh. Andr. Gebhardi.*

Regionis proſpectus; *eiuſdem.*

Ruinae; *Ermelii.*

Imago ignota. *Wolfg. Ludou. Hopferi.*

Alia; *Laurentii Strauch.*

Alia; *Nicolaî de Neufchâtel.*

Mendici in regione campeſtri; *Wittigii.*

Flores; *Georgii Held.*

Chriſti flagellatio, picta ſecundum *Iohannis Schwarzii*, dicti *Vredeman*, tabulam.

Pictura marina; *Zeemanni.*

Ruinae cum animalibus; *Bemmelii* et *Roos.*

Antrum; *Berghemii* imitatio.

Proſpectus nocturnus; *Guil. Bemmelii.*

Tempeſtas maris; *Guil. van der Velde.*

Paſtor cum capro atque cane; *Philippi Roos*, dicti *de Tivoli.*

Duae regiones; *Guil. a Bemmel.*

Duae

Duae minores; *eiusdem.*

Duae Venationes; *Theodori Valkenburg.*

Mares et feminae in Balneo. Secundum *Iacobi Iordaens* tabulam, quae eſt in Muſeo Prauniano, expreſſum.

SVPELLEX ANTIQVARIA.

Candelabrum romanum.

Sigillum aeneum: OCLMETR
OBENES.

Duae tabellae eboreae, figuris inſculptis ſignatae. Typo eas ſcite expreſſas ſe uidiſſe, commemorat b. Schwarzius, ſ. Negelinus, in diſſertat. inaugurali, de uetuſto quodam Diptycho conſulari et eccleſiaſtico. Altdorfii, 1742. 4. pag. 7.

Crux ſtationalis aenea, altitudinis undecim digitorum. Saeculi XII uel XIII.

Crux ſtationalis aerea inaurata, et opere encauſtico (caerulei coloris) exornata ex Supellectile antiquaria Hieronymi Guilielmi Ebner ab Eſchenbach. In folio patente.

In Cruce Saluator iam mortuus conſpicitur ſine corona ſpinea. Barbam habet minorem, quam hodie pingi ſolet. Subligaculum eſt breuius. Ὑποπόδιον ſ. ſuppedaneum geſtat pedes utroſque ſingulari clauo adfixos.

Ioh. Ern. Imman. Walchii de antiqua Cruce ſtationali aerea, inaurata, Diſſertatio epiſtolaris ad Perilluſtrem ac Generoſiſſimum Hieronymum Guilielmum Ebner ab Eſchenbach. (1752) In Miſcellaneis Lipſienſ. nouis Vol. IX, P. I, Num. IV, pag. 60 — 80 cum tabula aenea in forma octaua, expreſſa e maiori, iam laudata.

In parte crucis anteriori in orbibus inferioribus, opere encauſtico exornatis, conſpiciuntur quinque uirtutes theologicae cum nimbis, ſemi figura.

In primo orbe infra pedes Saluatoris eſt *Caritas*, in dextera crucem, in ſiniſtra lilium praeferens, cum hac inſcriptione orbiculari:

† KARITAS HOC EX PRINCIPIO VIRTVTV̄ MANAT ORIGO HINC ŌES SVRGV̄T HVC ŌES R

In ſecundo orbe *Fortitudo* enſem tenet, cum clypeo:

† FORTITVDO CONSTĀS Ē SECVRA MALIS N̄ FRANGITVR VLLIS

In tertio *Temperantia* e uaſe effundit fluidum in pateram paruam.

† TĒPERANTIA EXORNAT MORES CARNE DONAT AVGET NONE

In quarto *Iuſtitia* eſt cum norma.

† IVSTICIA P̄ESAT RES EQVE DAT C̄VENIĒTIA CVIq

In quinto denique orbe *Prudentia* ſerpentem tenet.

† PRVDĒTIA. INVENIT ANTICIPAT RATIONE C̄EREDA GVBERNAT

In crucis parte poſtica eſt in medio orbe Chriſtus, cum inſcriptione: † MAGESTAS. Ad quatuor latera ſunt minores orbiculi cum ſemi-figuris.

Tales

Tales quatuor uirtutes theologicae exhibentur in Vase sacro, et in operculo e lapide uariegato cistae ligneae quadratae, metallo inaurato obductae; inter Reliquias electorales Brunsuico-Luneburgenses, Edit. quartae (Hanouerae 1783. 4 mai) Tab. XI, pag. 32. Tab. XIX, pag. 73.

Arcula lignea, s. dactyliotheca, figuris coloribus distinctis ornata, quam Eccardus e duodecimo Saeculo esse putauit.

Iohann Georg von Eckhart Erklärung eines alten Kleinodien-Käſtleins, aus dem Ebnerischen Cabinete zu Nürnberg, worauf die Verlöbniſs Heinrichs Herzogen von Sachsen und Pfalzgrafen bey Rhein, mit Agnesen, Pfalzgraf Conrads Erbprinzeſſinn (A. 1193.) *vorgeſtellet iſt, dadurch auch einiger maſſen die Braunschweig-Lüneburgische Hiſtorie, nebſt einigen alten dahin gehörigen Münzen, erläutert* wird. *Nürnberg*, 1725. 4 mai. cum 3 tabulis aeneis.

Varia circa rem nummariam in isto scripto obuia emendantur in Nicolai Seelaenderi *zehn Schriften von teutschen Münzen mittlerer Zeiten* etc. Hannouer, 1743. 4. pag. 19 — 25.

Georg Gottlieb Plato Unterſuchung, ob die von Herrn Iohann Georg von Eckhart in der Erklärung eines alten Kleinodienkäſtleins auf der dritten Kupfertafel Num. XX und XXI vorgeſtellte Münzen (des Ebnerischen Musei) Heinrichen, Herzog zu Braunschweig und Pfalzgrafen am Rhein zuzuschreiben seyn, oder nicht? Nebſt einer Kupfertafel. Regensburg, 1765. 4

* *

Diuersae Gemmae caelatae tam incisae, quam excisae, n. c Augustus. Caput Sacerdotis.

Dacty-

Dactyliothecae adhaeret nitidiſſima imago b. Dom. Hier. Guil. de Ebner, punctulis penicilli (*en miniature*) depicta manu Dom. *Dilthey*.

* *

Duo Volumina (*Rouleaux*) continent Amuleta et precationes turcicas.

Patera arabica, dictis coranicis inciſis repleta.

Fragmentum lateris, cum litteris romanis.

* *

Vetus pictura chriſtiana in rotundo fragmento uitri, diametri 2½ digitorum. TERENTIA FAVSTINVS; *infra*: VIVATIS IN XP (Chriſto). Perſonae conſulares.

Imagines ſuper uitro ſpiſſo pictae, auro alioque uitro ſubtiliore, obductae. Ex ſupellectili antiquaria Hieronymi Guilielmi et Iohannis Caroli Ebner ab Eſchenbach.

Iſtam paruam tabulam aeri inciſam, ex beneuola conceſſione, Parti huic ſecundae adiunximus.

Vid. *Filippo Buonarroti Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di Vetro*; Tav. 25. Fig. 2. et Ioh. Henr. Leichii Diatribe de Diptychis Veterum, pag. XV ſeq. Ornamentum capitis huius Matronae Chriſtianae optime uocatur *nimbus*.*) Vid. Ioh. Nicolai diſquiſitio de Nimbis Antiquorum; Cap. ult. et *Lettre de Mr. Oberlin, Profeſſeur en l'Vniv. de Strasbourg*.

*) Iſidor. Originum L. XIX, cap. 31. *Nimbus eſt faſciola tranſuerſa ex auro, adſuta in linteo, quod eſt in fronte feminarum. Plautus* (in Poenulo, Act. I, Sc. 2, u. 135): Quo magis eam adſpicio, tanto magis nimbata eſt.

bourg, à Mr. le Comte de Skawronsky, Chambellan de S. M. l'Impératrice de toutes les Russies, sur un bijou dont ce Seigneur à fait l'acquisition à Rome, et qui se trouve presentement au Cabinet de Sadite Majesté. à Strasbourg, 1779. 8 mai. cum tab. aenea. pag. 10 seq.

Collectio Imaginum aeri incisarum ultra XXXVI loculamenta replet.

Nummi antiqui, et medii aeui. Vid. supra pag. 315.

Nummophylacium Noricum complectitur

I. Nummos Familiarum Norimbergensium.

II. Ectypa stannea et gypsea eorumdem.

Petrefacta, Curiosa uaria, u. g. auis paradisiaca etc.

ADDENDA

ad Partem primam.

Pag. 6, lin. ult. add. Sic in fragmento uasis, in Anglia reperto, legitur OFRVFI i. e. *ex officina Rufi.* Vid. *Archaeologia,* Vol. VII, Londini, 1785. 4 max. N. XXII. *Account of Antiquities discovered in the Neighbourhood of Bagshot, in July* 1783. pag. 202.

Pag. 10, lin. 3 *add.* Astrolabium istud ante 600 fere annos confectum est, ut patet ex inscriptione arabica litteris cuficis argentatis. *) Cupreum est, orbitae quatuor in-

*) Tale fuit etiam Synesii Cyrenaei, qui sub initium Saeculi quinti uixit, Astrolabium, quod descripsit in Sermone ad Paeonium de dono Astrolabii, quem gr. et lat. Guil. Canterus edidit 1567. 8. Vid. Ioh. Frid. Weidleri hist. astron. p. 193. Hermanni Contracti.

internae orichalceae sunt. Extimus circulus figuras argento obductas leonum, hominum, gryphorum aquilarumque pugnantium exhibet. Figurae istae uocibus arabicis minimis et eleganter insculptis inscriptae sunt. Inscriptiones duae sequentes cuficae, et a me delineatae infra uaria ornamenta foliacea et inargentata leguntur, quorum anteriorem exhibui in Partis prioris tabula aenea septima.

Haec Inscriptio significat, interprete Celeberrimo amicissimoque Dom. Olao Gerhardo Tychsen *):

עמל נרסם לראיה אלמלך אלמטפר תקי אלדין

Omila birasm lirajati 'lmaliki Almodhaffer Taki eddin.

Confectum fuit delineatione ad uexillum **) *Almalek Almodhaffer Takieddin.*

Is fuit magni Soltani Salahaddini fratris filius, d. 19 Sept. A. C. 1191 (Hegirae A. 587) demortuus.

Vita

tracti, Monachi Coenobii Augiae maioris, s. Reichenau, librum de mensura astrolabii, cum libris II de utilitatibus ejusdem edidit P. Bernard. Pezius in Thes. Anecdot. T. III, P. II. Aug. Vindel. 1721. fol.

*) Nuper optime interpretatus est Inscriptionem cuficam in marmorea Templi patriarchalis S. Petri Cathedra, (Venetiis) qua S. Apostolus Petrus Antiochiae sedisse traditur. Cum tabula aenea. Edit. secunda emendatior prodiit Rostochii, 1788. 4. Singularem huius Viri doctissimi fauorem, quo me tum in interpretanda Inscriptione arabica, in infima fimbria Pallii Imperialis litteris cuficis auro textili picta, tum in legendis aliis arabicis inscriptionibus acu pictis, adiuuit, animo gratissimo praedicaui in Tomo XV Diarii mei litterarii, pag. 255 seq. 341 seq. et in Inscriptionis Pallii Imp. latina explicatione, breui tempore edenda.

**) i. e. auspiciis.

Vita et res gestae Sultani Almalichi Alnasiri Saladini etc. Auctore Bohadino filio Sjeddadi etc. Arab. ac lat. edidit Albertus Schultens, cum indice commentarioque geographico. Lugd. Batauor. 1732. fol. Cap. 130, pag. 212: *Orta luce undecima, hostem uersus equitauit Sultanus, eique e propinquo imminuit. Inde regressus iubet me Fratri ipsius significare, ut cum Alamoddino Solimanno, Sabikoddino, Ezzoddinoque Mokaddamida praesto adsit. His ad ipsum congregatis, ministro mandat, ab arbitris uacuum praestaret locum, exceptis qui arcessiti aderant, quibuscum et ego remanebam: quin et longius a tentorio homines submoueret. Deinde produxit e sinu uestis litteras, quas quum resignasset, coortis lacrymis, mox fletu, eiulatuque adeo, uictus est, et plane oppressus: ita ut et nos adfleremus, absque ut caussam haberemus perspectam. Quum interim indicasset, litteris hisce obitum contineri Almalichi Almodafferi, coetus in lacrymas item effusus, plenum earum pensum mortuo est admensus. — — Hae litterae, tristis nunciae casus, diuersae erant ab illis, quae postea simili uenerunt argumento, a praefecto Hamatensi suis inclusae ac transmissae. Mortuus fuerat in Chalatensi itinere, Myjapharekinum sese referens, quorsum, extinctus iam, est deportatus. Tumulus ei factus, illustri adnexo Gymnasio, in agro Hamatensi, in quem elatus est. Sepulcrum eius ibi uisitaui. Inciderat obitus eius in undeuicesimum Ramadani, anni uoluentis.* In Excerptis ex Abulfeda, ibid. Cap. 34, quod inscriptum est: *Obitus Almalichi Almodafferi Tacoddini Omari.* pag. 52: *Almalichus Almodafferus iter susceperat in prouincias — — comitante ipsum gnato Almalicho Almansouro Muhammede. Vehementi morbo correptus ibi Tacoddinus: quo itentidem increscente occidit die Veneris, undecim adhuc noctibus Ramadani reliquis. Almalichus Almansourus clam habita morte eius,*


Melaz-

Melazcherda abscedens, Hamatam se transtulit, atque extra urbem eum sepeliuit, exstructo ad latus Tumuli Gymnasio, quod ibi percelebre est. Fuit Almalichus Almodafferus praestrenuus uehemensque bellator; atque inter columina Domus Iobicae facile princeps. Excelluit item uirtute, et eruditione; in poesi quoque perelegans. Accidit autem, ut eadem nocte, qua Tacoddinus decessit, etiam Husamoddinus Lasjinides decederet, cuius mater erat Sittolsjama, filia Jobi, soror Sultani, qui uno eodemque tempore funestam habuit Domum per Fratris et Sororis filios.

Hisce diebus mortuus est Taki Aldin Omar, filius fratris Saladini, in uia Chalatae, quando eam oppugnare uolebat. Sed reduxerunt sepelieruntque eum Miapharekitae. Hic magno odio habuit Christianos, et absque misericordia effudit sanguinem Armenorum aratorum oppressorum in agro Gabalgur. Fuit uero cum eo filius eius Melec Mansur. Hic se muniuit Miapharekitae, nunciumque misit ad Saladinum, qui diceret ei: nisi concessurus esset loca patris sui Taki Aldini, se consensurum esse cum Buchtamara, domino Chalatae. Quare neglexit eum tunc Saladinus; sed paullo post dedit loca patris eius Adelo, ipsi uero Melec Mansuro dedit Edessam, Harran et Samosatam. Greg. Abulpharagii Chron. syr. Excerptum Paulli Iacobi Bruns. Oxonii, 1780. 4 max. Syr. pag. VII. Vers. lat. pag. 9.

Refert Abulfeda, quod al Mansur construendis accuratis globis una cum peritis aliquot mathematicis in arce Hamatena incubuerit. I. I. Reiske de Principibus Mohammedanis, qui aut ab eruditione, aut ab amore Litterarum et Litteratorum claruerunt. Lipsiae, 1747. 4. pag. XV.

Alteram Aſtrolabii huius inſcriptionem in latere poſtico hic exhibeo nuper a me delineatam.



Amiciſſimus Dom. Tychſen ita eam legit:

צנעה אלסהה אלאצטרלאב אלניסאבורי ח

Sanati 'ſſohati 'ſſtarlabi 'nniſaburi.

Artificium arcuum (i. e. artificiales arcus) *Aſtrolabii Niſaburienſis.* Sub lineae finem littera Hha conſpicitur. Significat numerum V, nimirum arcuum ſ. circulorum mobilium.

Niſabour eſt praenobilis urbs Choraſanae, unde tamquam ex uirtutum officina, complures uiri doctiſſimi prodierunt; quae apud Abulf. Tab. 22 obtinet longit. 82 lat. 36, 20. atque *Naiſabour* potius effertur, Perſice *Nesjawor.* Arabes urbes orbis terrarum illuſtres tres eſſe dicebant: Niſabourum, quod porta ſit Orientis; Damaſcum, quod porta ſit Occidentis; Moſulam, quod qui uel hanc illamue in plagam tendat, non poſſit non eam adire. Vid. *Schultens* in Indice geographico in Vitam Saladini, ſub uocibus *Niſabour* et *Moſula.*

Pag. 46, lin. 2 *add.* et ab Edmundo Halleio, Oxonii, 1706. 8. latine.

Ibid. l. 18 *add.* Gaſſendus opp. Tomo II, pag. 501 contendit, iſtum librum indignum eſſe Ptolemaei genio, et ſubdititium. Idem ſentit Dechales, Curſus mathematici Tomo I, pag. 80.

Pag. 47, lin. 8 l. quam ex hocce codice adornauit.

Pag. 48, lin. 18 *add.* Editus est separatim Basileae, 1550. Vid. Fabricii Biblioth. gr. L. IV, pag. 416.

P. 58, lin. 22 *add.* Plurimae istae figurae cum iisdem uersibus reperiuntur in Historia beatae Mariae Virginis ex Euangelistis et Patribus excerpta, et per figuras demonstrata, tabulis 16 ligneis incisas. Vid. Dom. de Heinecke *Idée générale d'une Collection complette d'Estampes.* à Leipzig, et Vienne, 1771. 8 mai. pag. 378 seq. Exhibentur etiam tales tabulae ligneae 48 in inepto Franciscani cuiusdam libro: *Defensorium inuiolate perpetueque uirginitatis, castissime dei genitricis Marie,* forsan 1489 impresso, in 4ta. Supra figuras leguntur iidem, quos dedimus, uersus latini, cum germanicis.

Pag. 220 lin. 4 *add.* Exemplar mancum, habet tantum folia 191.

Pag. 256, post lin. 13 add. Cl. Ptolemaei Almagestum, a Gerardo Cremonensi Toleti (A. 1346) ex Arabico latine uersum. *) fol. Saec. XV. Scribit Cel. Ioh. Frid. Weidlerus in Hist. Astron. p. 179, se A. 1727 istum Codicem uidisse in Bibliotheca *Laurentiana* (dicere uolebat *publica*) Norimbergensi.

Idem;

*) Editum est Almagestum Cl. Ptolemaei ex Arabico traductum (hinc differt permultum a Trapezuntii uersione) Venetiis, 1515, ductu Petri Lichtenstein, Coloniensis Germani. Sed interpretis nomen non adscribitur, qui fuit Magister Gerardus s. Girardus Cremonensis. Vid. supra pag. 227.

Idem; e uersione (ualde uitiosa) Georgii Trapezuntii, e textu graeco. *) fol. Saec. XV.

Pag. 265, lin. 19 post 1473 *add.* in folio, cum iisdem figuris. Subscriptio ita habet: — *nõ atramẽto plumali calamo neque stilo ereo. sed artificiosa quadã adinuẽtione imprimẽdi seu caracterizãdi sic effigiatũ ad dei laudẽ industrieque est cõsumatum. per Vdalricũ gallum alemanũ. et Simonem de luca. Anno Domini M. CCCC. LXXIII. die uero xvij Octobris. Regnante Sixto quarto pontifice maximo.*

Pag. 267. lin. penult. *leg.* Venetiis ap M. Nic. Ienson.

P. 280 lin. 10 *add.* per Ant. Sorg, Aug. Vindel.

Ibid. lin. 18 *leg.* S. Ambrosius in Lucam, siue de Ioh. Bapt. generatione. Aug. Vindel. per Ant. Sorg. n. 125. a.

Idem liber. n. 81. a.

Pag. 282 del. lin. 1. et *add.* post lineam 25: Pomponii Melae cosmographi de situ orbis libri tres. In calce legitur ita: *Impressum est hoc opusculum Venetijs per Bernardũ pictorem et Erhardum ratdolt de Augusta una cum Petro loslein de Langencen correctore ac socio suo. Laus Deo. M. CCCC. LXXVIII.* 4. num. 127.

Ibid. lin. antepenult. *leg.* Venet. per Franciscum renner de Hailsbrunn. n. 129. b. in 4 mai. Vid. A. 1485.

P. 283. lin. 25 *add.* ap. Henr. Eggesteyn. Iisdem typis, ac Biblia uulgo Moguntina A. 1462 dicta.

*) Edita est ista Trapezuntii uersio Basileae, 1541 fol. Castigatiorem editionem Erasmus Osvvald Schreckenfuchsius adornauit ibid. 1551. fol.

Pag. 285 lin. 21 *add.* (Venetiis).

P. 287 lin. 11 *leg.* Claudii Ptholomei Viri Alexandrini Cosmographie octo libri. Fol. max. Cum XXXII *) tabulis geogr. ligno insculptis a Iohanne Schnitzer ab Arnsheim, cuius nomen in limbo superiore tabulae primae legitur. In fine ita se habet subscriptio:

CLAVDII PTOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT.

OPVS DONNI NICOLAI GERMANI SECVNDVM PTOLOMEVM FINIT. ANNO MCCCCLXXXII. AVGVSTI VERO CALENDAS. XVII. IMPRESSVM VLME PER INGENIOSVM VIRVM LEONARDVM HOL PREFATI OPPIDI CIVEM.

Vid. P. I pag. 250 et A. 1486 pag. 290. Textus in multis locis discrepat ab editione romana anni 1478, pag. 181 dicta. Non nulla huius editionis exemplaria membranae sunt impressa, ex quorum uno desumtae XXIII tabulae, quae Codici MS. Bibliothecae Reip. (P. I, pag. 250 et 251) sunt additae.

Pag. 289 lin. 15 ad A. 1485 *add.* Libellus Isagogicus Abdilazi i. e. serui Gloriosi Dei qui dicitur Alchabitius ad magisterium iudiciorum astrorum interpretatus a Ioh. Hispalensi, scriptumque in eundem a Iohanne Saxone editum utili serie connexum incipiunt. *In fine:* Finitur scriptum

super

*) Quinque nimirum tabulae additae sunt prioribus 27, situm et nomina recentiora urbium Lusitaniae Hispaniaeque, Galliae, Scandinauiae, Italiae, et Terrae sanctae repraesentantes.

ſuper Alchabitium ordinatum per Iohannem de Saxonia in villa Pariſienſi āō 1331 correctum per artium et medicinae Doctorem Dñūm Bartholomaeum de Alten de Nuſia. Impreſſum arte et diligentia Erhardi Ratdolt de Auguſta imperante Iohanne Mocenico Venetiarum duce. Año Salutiferae incarnationis 1485. Venetiis. in 4to. Num. 129. a.

P. 294 lin. 6 *add.* apud Laurentium Franciſci de Alopia, curante Jano Laſcari. Vid. P. II. pag. 212, inter libros Biblioth. Ebner. Saec. XV in fol. ubi occaſione Callimachi anni 1496, reliquas editiones dixi litteris quadratis impreſſas.

Ibid. lin. 9 *add.* Prima editio prodiit Mediolani, 1476. 4.

Pag. 296. lin. 10 *add.* Legenda S. Matronae Annae etc. Lipſiae per Melch. Lotter. 1497. 4. Cat. Solg. II, num. 473. Omiſit I. H. Leichius de orig. et incrementis Typographiae Lipſienſis. Lipſ. 1740. 4 mai.

Pag. 297. lin. 12. *add.* Diui Auguſtini in ſacras Pauli epiſtolas interpretatio. Impreſſit Bertholdus Rembold Pariſiis 1499 die XXVIII Nouembris.

Ibid. lin. 17 *add.* Guil. Pariſ. Sermones etc. Impreſſit Ioh. Ottmar in Thubingen feria III poſt inuocauit. 1499.

Pag. 298 lin. 11 *add.* cum Epiſtolis philoſophorum diuerſorum; eod. a.

Pag. 301 lin. 26 *add.* Argentorati typis Mentellianis.

Pag. 303 lin. ult. *add.* et infra, num. 83. c.

Pag. 304 lin. 4: (forsan a. 1475?)

Pag. 305, lin. 10 *add.* Argent., apud Ioh. Mentel. Nam in praemisso *Canone pro recommendatione huius famosi operis siue libelli sequentis. de arte predicandi sancti augustini*, ignotus editor, qui se *qualemcunque predicatorum humilem adiutorem* uocat, ita dicit: *discreto viro. Johanni mentelin incole argẽtenẽsi impressorie artis mgro. mo͞ s oĩbꝫ p'suasi. q̃tenꝰ ĩpe assũme digret'. onus et laborẽ ml'tiplicãdi hũc libellũ p viã impssiõis. exemplari meo pre ocul' hito* etc. Aliam edit in biblioth. Rottenbuchiana esse, testatur Steigenberger. Editio Fustiana statim indicabitur.

Iisdem typis exscripti sunt Terentius, Valerius Maximus, Virgilius, (Cat. Valier. T. II, n. 2433) Augustinus de Ciuitate Dei, Confessiones eiusd. et epistolae, Pars epistolarum S. Hieronymi, Biblia germanica 1466, ut et Georgii Trapezuntii uersio latina Homiliarum S. Chrysostomi in Matthaeum, quorum librorum non nulli falso Vlmae apud Ioh. Zainer, uel Augustae Vindel. apud Ioh. Schüssler prodiisse putabantur.

Pag. 308 lin. 7 *add.* forsan hae Contemplationes impressae fuerunt A. 1475?

Pag. 312 lin. 12 *add* Impress. Moguntiae apud Ioh. Fust. Ita enim legimus in canone praemisso: *discreto viro Johanni Fust. incole magũtinensi impressorie artis mg̃ro. modis omnibꝫ p'suasi. quatenus ip̃e assumẽ dignaret' onus et laborem, multiplicandi hũc libellum per viam impressionis. exemplari meo pre oculis habito* etc. Iuniorem putat esse Fustianam hanc editionem b. Gerhoh Steigenberger (*in der literarisch-kritischen Abhandlung über die zwo allerälteste gedruckte deutsche*

Bibeln

Bibeln etc. pag. 48) quia haec in *Probemio* quatuor lineas plus habet, quam duae Mentelianae. Vid. *Mercier* Differtat. in Memoriis Triuultinis, Iun. p. 1454. Guil. de Bure in T. I Catalogi Biblioth. Ducis *de la Valliere* *) recte adseuerat: *Cette edition doit avoir paru avant ou en l'année 1466; car dans toutes les souscriptions, depuis cette époque, il n'y a plus que le nom de Pierre Schoyffer.*

Ead. pag. 312 lin. 18 *add.* Argentinae, apud Georg. Husner et Ioh. Beckenhub.

P. 316. lin. 6 *add.* post *tale*: Bibliotheca Ebneriana, (uid supra pag. 218) atque doctiss. Ibid. lin. 12 *add.* post Fig. VI: et cum Tabula VI Itinerarii Alemannici Reuerendissimi Abbatis Gerberti.

*) In eadem Bibliotheca T. I, num. 235 erat quoque rarissimum et hactenus unicum typographiae Schoefferianae monumentum, nimirum Psalmorum Codex quarta uice secundum editionem 1457 impressus A. 1502, in folio. Nullae adsunt litterae capitales ligno incisae, ut in praecedentibus editionibus annorum 1457, 1459 et 1490, sed spatia uacua, partim litteris pictis expleta. In calce ita legitur litteris rubris octoque lineis:

Presens psalmorū codex, venustate capitaliū decorat9 Rubricationibusq; sufficienter distīct9 Adinuentione artificiosa imprimendi ac caracterizādi absq; calami vlla exaratiōe sic effigiatus. Et ad eusebiam dei industrie est cōsumatus in nobili vrbe maguntina, Per Petrū Schoffer de Gernszheim. Anno domini Millesimo quingentesimo secundo. In vigilia sancti Thome. Sequuntur duo scuta notissima.

P. 338. lin. 4 *add.* *Factor* hic significat *impressor.* Sic Petrus Drach A. 1479, *) 1480 et 1481 se nominauit.

P. 341. l. 5 loco 1462? leg. post annum 1466. et *add.* Argentinae, ap. Henr. Eggestein, iisdem typis, ac Innocentii IV Apparatus super quinque libris Decretalium, cum Repertorio Baldi de Perusio, ibid. 1478 (uid. P. I, p. 283); id quod satis comprobauit b. Dom. Gerhoh Steigenberger *in der litterarisch kritischen Abhandlung über die zwo allerälteste gedruckte deutsche Bibeln* etc. *München*, 1787. 4. cum 4 tab. aen. pag. 35 seq.

Pag. 348 lin. 1 *del.* signum interrogationis. Nam amplius annum impressionis 1466 corroborauit b. Dom. Steigenberger in diss. citata, pag. 53 seq.

Lin. 3 *add.* Inscriptio legitur in inuolucro: *Possidebat Franciscus Christophorus Ambtmann ab Hayden, Venetus.*

P. 367 lin. 13 *add.* Editio Anni 1482 est in Bibliotheca Ebneriana. Vid. hanc P. II, p. 186.

P. 371, lin. 6 *add.* Prima editio anni 1534 est in Bibliotheca Capituli Xenodochiani. Vid. P. II, pag. 39.

P. 379. lin. 16 *add.* Editionem priorem, a. 1585 in Monasterio Kushaiensi S. Antonii impressam, commemorat Simon Assemani, in *Catalogo de' codici manoscritti orientali della Biblioteca Naniana.* P. I. Padova, 1787. fol. min.

P. 391 lin. 3 l. *Dschiban name*, Mundi theatrum, s. Liber Orbem exhibens, i. e. Geographia etc..

Pag.

*) Nideri Sermones — — in celebri Spirensium urbe factore Petro Drach ciue inibi. *Erh. Cph. Baur Nachrichten von der Drachischen Buchdruckerey* etc. *Speyer*, 1764. 8. pag. 24 seq.

Pag. 405. lin. 22 l. libelli latini, hoc anno 1634 Viennae in forma quarta impressi. Lin. 23 post n. 2128 *add.* Est editio germanica, sed diuersa. Pragae, 1635. 4.

P. 416 post lin. 17. *add.* Platinae uitae Pontif. Edit. prima (Veneta) impensis Ioh. de Colonia. 1479. Num. 689.

Secunda. Norimbergae ap. Ant. Koburger, 1481. Num. 690.

Altera Veneta, 1511. Num. 691.

P. 420 lin. 9. *add.* Vid. P. II, pag. 224.

ADDENDA

ad hanc Partem II.

Pag. 47, *lin.* 7 add. Variarum lectionum e Bibliis, a Nisselio curatis, excerptarum specimen edidit Guil. Frid. Hufnagel. Erlangae, 1777. 4.

Ad Pag. 58.

Auctor Germanus huius libelli, circa A. 1590 aut 1592 manu exarati, non est tantummodo Socinianus, sed etiam religionis naturalis defensor acerrimus, qui omnem reuelationem spernit. Credulus tamen est, et daemonia e corporibus eiici posse, adfirmat. Liber ita inscriptus ab aliena manu:

Origo et fundamenta religionis Christianae. MS. in forma octaua, paginarum 108.

In inuolucro ista leguntur eadem manu scripta: *Blasphemum et impium Scriptum contra ueritatem doctrinae Christianae, et contra filium Dei; repertum in Suggestu templi Sebaldini, nescio a quo depositum.*

Videtur hic libellus ab auctore ipso esse exaratus. Nam hinc et inde schedulae adnexae sunt, multa etiam oblitterata, uti pag. 73.

Pag. 1: *Nihil melius est, quam Deum uniuersorum, et maximum bonum cognoscere, cognitum amare, et semper sibi praesentem memoria reuocare.*

Pag. 2. *Cato inquit.*

Impedit ira animum, ne possit cernere uerum.

Quare si uultis cognoscere ueritatem ex hoc scripto, oportet ut tam diu affectus uestros contineatis, donec hoc scriptum vsque ad finem perlegatis, id est, amorem erga opiniones uestras, in quibus a pueritia estis educati, et quibus estis imbuti: item iram et odium aduersus eum, qui diuersum asserit. Zelus uester interea quiescat. Nam zelus debet esse secundum scientiam, non secundum opinionem falsam. ego autem demonstro, id quod uos pro scientia habetis, esse opinionem falsam: prius igitur scientiam percipite, postea demum zelum apponite, nam sicut zelus secundum scientiam est bonus et salutaris, ita zelus secundum opinionem falsam est malus et pernitiosus. *)

Pag. 3. Origo et fundamenta religionis Christianae.

Pro-

*) Possidet etiam Rev. Dom. Panzer, Dispositor Sebaldinus, eumdem libellum MS Sed deest haec praefatio. Deprehendi discrepare in multis uerbis (non sensu) ab isto MS. nostro Fenizeriano, ut in sequentibus indicaturus sum. Praeter Spinozae tractatum theologico politicum, conferri merentur cum isto MS recentiorum scripta uaria, u. c. Fragmenta Anonymi a Lessingio, et nuper 1787 a C. A. E. Schmidtio edita; *Philosophische und kritische Vntersuchungen über das alte Testament und dessen Goettlichkeit, besonders über die Mosaische Religion.* London, (Berlin) 1785 8 mai. et in primis libellus: *Ueber Offenbarung, Judenthum, und Christenthum für Weisheitsforscher.* Berlin und Stettin, 1785. 8.

Promiserat Deus Abrahamo, se tantopere aucturum posteritatem eius, ut in magnum populum, atque adeo in multitudinem populorum euasura esset,; et Reges quoque ex genere ipsius futuros: seque tantopere ei et posteris eius benefacturum, ut futuri essent insigne exemplum felicitatis, usque adeo, ut cum aliae familiae sibi summam felicitatem optaturae essent, sibi Abrahami et posterum eius felicitatem optaturae essent, seu optare deberent. Daturum se quoque ei et posteris eius omnem illam regionem, quae est intra Nilum et Euphraten, idque in perpetuam possessionem, facto ea de re foedere, ut nimirum Abraham et posteri eius contra essent probi et cultores Dei. Sic enim legitur I lib. Mosis Capite 12. Et dixit Jehoua ad Abram, abi e terra tua, et a cognatione tua, et e domo patris tui, in (regionem) terram quam ostendam tibi, et faciam te in populum magnum, et magnum (celebre) efficiam nomen tuum, etc.

Sic usque ad pag. 23 pergit Auctor recensere res iudaicas, atque Iudaeorum exspectationem regis, a prophetis promissi, qui plenius ipsis regnum et libertatem recuperaturus esset.

Pag. 23. *Cum itaque Iudaei tantopere desiderarent regem illum per prophetas promissum, prodierunt aliqui, qui se plebi iudaicae pro rege illo promisso uenditarunt, quique Iudaeos ex potestate Romanorum eximere conati sunt, ut Judas Galilaeus, Theudas, et alii, de quibus uide Iosephum historicum. Circa idem tempus prodiit etiam quidam Iudaeus, nomine Iesua, quem postea Graeci appellarunt* Ἰησοῦν, *Latini uero ex Graeco Iesum, qui etiam fuit Gallilaeus; is etiam dixit, se esse regem illum promissum. dixit enim, se esse Christum* χριστὸν, *id quod unctum significat, Messiah autem Hebraice, Christus Graece, Vnctus latine, in hebraica lingua significat regem. Sicut apparet ex I Sam. 12 Capite, ubi*

ubi Samuel dicit ad populum; Respondete mihi coram Iehoua, et coram Messia, Christo seu uncto, id est, rege eius. intelligit autem Saulem, qui tunc erat Messias seu Christus Jehouae; quem etiam (pag. 24) *Dauid in libris Regum aliquoties hoc nomine appellat.*

Pag. 51. *Non credo, Iesum omnia illa fecisse, quae Euangelistae scribunt, omnia, quae Iesus fecerit et passus sit, ea de Messia praedicta fuisse, et scripta prophetarum de Messia in Iesu impleta esse, cum tamen id sit falsum, sicut demonstraui. Credo equidem non nulla esse uera, quae de Iesu scribunt; ut quod daemonia eiecerit ex hominibus (quam artem tunc temporis plures sciuerunt, teste Iosepho, et adhuc aliqui sciunt) item quod aliquos morbos curauerit, quod ambulauerit super aquas: reliqua uero, quae de Iesu scribunt, ab iis conficta esse credo, qui in hoc errore a pueritia educati fuerunt, ut opinionem suam aliis facilius persuadere possent. Praesertim autem ea, quae Ioannes Euangelista Iesum docuisse et fecisse scribit, ea a Graeco quodam Ioanne conficta esse credo, qui Iesum nunquam uidit, nec audiuit. nam satis apparet, id quod etiam Ieronymus fatetur; Euangelium Ioannis longo tempore post crucifixum Iesum scriptum esse, cum iam multae sectae essent Christianorum; quo tempore etiam Apocalypsis ab eodem auctore conscripta fuit. qui Ioannes, quia ad confutandum Cerinthum et Ebionem, noua miracula et nouas conciones Iesu illius, de quibus priores Euangelistae nihil scripserant, confinxerat, ne uideretur ea confinxisse, subiicit in fine Euangelii sui, Iesum adhuc plura fecisse et docuisse. — Quamuis autem etiam Euangelium Matthaei aliquibus in locis deprauatum esse credam, tamen mihi uidentur ueriora esse, quae Matthaeus de Iesu scribit, quam quae Ioannes scribit. Et si Iesus illa docuit, quae Matthaeus eum docuisse scribit, uidetur eius doctrina non fuisse mala.*

Pag.

Pag. 65 et 69. *Jesuita quidam Viennensis nuper aliquid noui obiecit, publico scripto, et quidem lingua germanica, nempe, Biblia hebraea esse deprauata. Ego autem quaero ex ipso, quando fuerint deprauata hebraea biblia? ante Ieronymum? an post Ieronymum? Si ante Ieronymum: ergo Ieronymus ex deprauatis Hebraeis transtulit deprauata latina, et sic non tantum hebraea, sed etiam latina biblia essent deprauata. Si autem post Ieronymum Iudaei biblia sua deprauassent, ergo saltem illud exemplar hebraeum, quo Ieronymus usus fuit, apud Christianos remansisset, et sic alia fuissent biblia hebraea Christianorum, et alia Iudaeorum. atqui Christiani non habent, nec unquam habuerunt alia et diuersa biblia hebraea, quam Iudaei habent, ideo hebraea biblia a Iudaeis non sunt deprauata.* —

Pag. 70. *Nuper etiam Cartusianus quidam edidit libellum, cui titulum fecit* de hebraica ueritate, *cum tamen is deberet esse titulus:* de hebraico mendacio. *Nam in illo libello conatur ostendere, hebraea biblia esse corrupta, manca et ambigua; cum punctis seu uocalibus esse pernitiosa et periculosa, sine punctis autem esse dubia et inutilia. Graecam autem uersionem 70 Interpretum, item uulgarem latinam uersionem esse genuinam et incorruptam, et propterea hebraea biblia ad graecam et uulgarem latinam uersionem examinanda et corrigenda esse. quamuis iste non admodum constanter asserat, nam postea scribit, etiam graecam et uulgarem latinam uersionem esse deprauatam: item, se non prorsus repudiare fontem hebraicum, qui sit utilis et necessarius, etc.*

Pag. 78 sequitur *Naturalis, uera, diuina, antiquissima, certissima, et perfectissima doctrina de Deo, et uoluntate eius,* atque uaria collectanea e Prophetis, Seneca, Cicerone, Augustino etc.

In MS. Panzeriano ultima uerba sunt: *eamque ob causam Decalogus perpetuo retinendus, et populo saepe inculcandus est.*

Sequitur tractatus: *Nosce te ipsum*, in quo adseueratur, conseruationem mundi esse continuatam creationem; generationem loco immortalitatis accepisse, ut relinquat post se tamquam partem sui, carnem suam, et quasi se ipsum. De morte ita sentit: *Cum moritur homo, tunc oculi et spiritus oculorum eius corrumpuntur at lumen solis, quod illustrauit illius oculos, manet et nihilominus lucet caeteris hominibus uiuentibus, quam ante: sic etiam cerebrum et spiritus cerebri corrumpitur, diuinum autem lumen, quod illustrauit illud cerebrum, manet, et nihilominus illustrat spiritum cerebri reliquorum hominum uiuentium, ut ante.* Eodem modo, uti anonymus noster, sentit Dom. Ioh. Senebier, Genenensis, in *Ebauche de l'histoire des êtres organisés avant leur fécondation;* adnexa libro egregio Cel. Spallanzani: *Experiences pour servir à l'histoire des animaux et des plantes;* (à Geneve, 1786. 8 mai.) *Nous avons*, inquit, *tous vécu depuis six mille ans avec les animaux, les animalcules et les plantes, qui sont nos contemporains. Oui, nous avons vécu à toute rigueur — — puisque nous nous sommes développés.*

Pag. 69 lin. 17 *add.* Compilationis huius (foliorum 538 praeter Decretorum Tabulam, folior 23) Auctor, Paulus de Gregoryancz, Episcopus Zagrabiensis et Jauriensis, se ipse nominauit fol. 467. Demortuus est A. 1563.

Decreta uariae adnotationes comitantur.

Fol. 1 legitur Origo gentis Hungariae.

Fol. 3. Reges Hungariae XL a S. Stephano primo post Duces Rege A. D. 1001 usque ad Ferdinandum I 1564.

Fol.

Fol. 8. b. Descriptio topographica Hungariae.

Fol. 21. b. Decreta S. Stephani.

Fol. 36. S. Ladislai.

Fol. 51. Decretum Colomani.

Fol. 64. Decreta Synodi, per Archiep. Laurentium Strigoniensem, et decem Suffraganeos suos celebratae, tempore Colomani Regis.

Fol. 64. Decretum Sigismundi Regis, datum Posonii, 1411.

Fol 70. Decretum primum Matthiae Regis, 1464 continens Decreta Andreae II 1222. Ludouici I 1351 et Sigismundi 1435.

Fol. 85. b. Gratia per Sigismundum rebellibus facta A. 1403.

Fol. 88. Decretum Sigismundi Regis A. 1405. 17 Kal. Mensis Maii. Ab quibusdam dicitur quartum.

Fol. 98. Decretum eiusdem super modo exercituandi 1435.

Fol. 102. Decret. eiusd. A. 1405. d. 5 Aug. Budae.

Fol. 106. b. Articuli Diaetae Budensis Anni 1527.

Fol. 108. Decretum Sigismundi super donationibus possessionum Infidelium, A. 1404 etc.

Sequentibus foliis decreta leguntur sequentium Regum usque ad A. 1563.

Foliis 329 — 336 continetur impressa Concordia Hungarica A. 1491, de qua uid. supra pag. 204.

Pag. 73 lin. 7. *add.* a. 2) HASTA SVSPECTA, *oder Anzeigung etlicher Vrſachen, vvarumb das Speer oder Spieſseyſen, ſo zu Nürnberg weit über* 200 *Jahr behalten vvird, für das rechte Speer oder Lanzen, damit des Herrn Chriſti Seiten am Stamm des Kreuzes eröffnet vvorden, ohne Verdacht nicht gehalten vverden kan.* Publici iuris feci in Diarii mei litterarii tomo XVI, pag. 215. ſeq.

Pag. 87 lin. 4 poſt uerbum *diſceſſit, add.* nota. In tabulis quidem mentem Ptolemaei ſecutus eſt; attamen ex proprio ingenio nouas quinque tabulas addidit eorum locorum, quos ſe Ptolemaeo melius noſcere credebat.

Pag. 88 lin. 16 *add.* poſt uerbum *correxit*: Orbis habitati typum, qui a prioribus rectis lineis exprimebatur, primus tentauit ad Ptolemaei regulam per circulorum ſegmenta effingere. Porro nomina locorum etc.

Pag. 110 *lin.* 7 *add.* Duae iſtae feminae, ut admodum Reuerendus Dom. Samuel Guilielmus Oetterus recte putat, ſunt Rahel atque Salome, binae obſtetrices, quas Ioſephus e Bethlehemo pago adduxiſſe dicitur ad ſtabulum, ſiue ſpeluncam.

Pag. 113 lin. 6 *add.* ſeu potius dextra illi benedicere uidetur.

Pag. 115 *lin.* 2 *add.* Iſta pars ſuperior tabulae ſeptimae repraeſentare uidetur admodum Reu. Dom. Samueli Guilielmo Oettero Reſurrectionem generalem mortuorum. Sancti ad latus ſiniſtrum Saluatoris ſunt forſan Iohannes Baptiſta, qui illum digito monſtrat, regeſque hebraei. Nam iſtam tertiam figuram regem potius, quam feminam, dixeris.

Ad

Ad dextrum Christi latus Simeon cum Hannah sua resuscitantur, iudice Dom. Oettero.

Pag. 116, lin. 24 *add.* Graecorum Quadragesima ante Pascha septem hebdomadibus constat, et sex dumtaxat Dominicis, ut numerus Quadragesimae compleatur, quia sabbatis, ut diebus Dominicis, non ieiunant Graeci, excepto tamen sabbato magno. Numerant autem Dominicas Quadragesimae a Dominica secundae hebdomadis; ante quam priores ieiuniorum feriae apud Graecos Dominicam, cui *Tyrophagi*, a casei esu, nomen est, statim excipiunt. Hinc fit, ut Latinorum hebdomades Graecis nullo modo respondeant. Quae enim Latinis prima est, Graecis est secunda; et sic de caeteris. Hebdomadis nempe feriae nomen sibi uindicant non a Dominica, quae eas praecedit, sed ab ea, quae illas consequitur, aliter ac obseruatur apud Latinos. *Steph. Borgia* de Cruce Vaticana; pag. 97.

Pag. 164 lin. ult. *add.* N. 48. Iohann Mauritius *Fürers von Haimendorff und Bartholome Viatis, des jüngern, Reise-diarium von Nürnberg bis Pisa.* A. 1608 et 1609.

Pag. 191, lin. 6 *add.* Sunt Tabulae 32 ligneae ex editione praelaudata Vlmensi 1486, quibus adnexae sunt Tabulae aeneae XXVII editionis Romanae anni 1478, quas pag. 182 ope archetyporum atque malleoli, aurificum more, elaboratas fuisse, dixi.

Pag. 232, lin. 20 *add.* quae quidem in Serpiliana etiam adest, sed miserrime scalpta.

Pag. 234 lin. 5 *add.* e contra in Serpiliana littera N miserrime exscalpta est, et unus tantummodo genius conspicitur.

ERRATA.

ERRATA.

In Parte I.

In Praefat. lin. 3 l. operosius.

P. 4 l. 7 l. inuiseret.

P. 20 lin. 13 l. parem.

P. 50 l. 13 l. Codex A. M. 6064. indict. 14. Maii 7 i. e. A. D. 1556.

P. 53 l. 21 l. α φ π.

P. 54 l. 2 l. 1580.

P. 59 l. 20 l. ualet.

P. 68 lin. 22 l. Museo.

P. 204, lin. penult. post *forsan* leg. Tabulae Directionum.

P. 211, lin. 12 l. 1549.

P. 235 l. 6 l. exscidit.

P. 243, l. 14 l. Congruit.

P. 248, l. 12 l. Historiae.

P. 260, l. 21 l. collectorum.

P. 262, l. 6 l. Ingelstadiensis.

P. 265, l. 20 l. Tertia sine figuris.

Pag. 277 l. 26 l. Argent. fol. n. 4.

P. 269 lin. 7 l. Angeli de Gambilionibus de Aretio.

P. 280, l. 19 l. Idem liber.

P. 282, l. 4 a fine l. Alchabitius.

P. 293 *del.* lin. 7 et 8.

P. 304 lin. 7 l. contemtu.

P. 319 l. 21 l. Biblioth. Ebner. et Acad.

P. 324, *del.* lin. 22, 23 et 24. cum nota.

P. 330, l. 1 l. editionis Venetae.

P. 341

P. 341 lin. 6 l. Biblia germanica Argentinenſia Eggeſteiniana.

P. 347 l. 17 l. Interpunctiones ſunt. Ibid. lin. ult. et p. 348 deleatur ſignum interrogandi.

P. 351 lin. ult. l. typogr. pro *vvie uil.*

P. 355 lin. 3 l. die minſt.

P. 361 lin. 2 l. prodiiſſe putat. Ibid. lin. 4 l. In Ieſaiae cap. 37, commate 29 Vol. II, fol. 79 col. 1 lin. 27 Ibid. lin. 6. l. Berolinenſi, Ebneriano, et Schwarziano.

P. 391. l. 4 l. 1732.

P. 402 lin. 25 l. litteris maiuſculis.

P. 422, l. 11 *add.* ante Num. 1985. P. III.

P. 428 l. 20 *leg.* Repoſitorium ſ. Scrinium Autographorum Lutheri. — — Thecas XXXIV. Bibliothecae donauit Reuerend. Dom. Ioh. Sigiſm. Moerl in Scrinio murali recondita Scripta etc.

P. 429, lin. 20 l. *Aſtrolabiun* ſ. *Aſtrolabion.*

P. 430, lin. 11. l. Antiſtite in ordinem redacta.

Ibid. l. 18 l. in Theonem elaboraſſe.

P. 437 l. 1 l. Arcadius.

In parte II.

Pag. 5, lin. 24 l. ישו

P. 17, l. 13 l. quas.

Ibid. lin. 21 l. cuſus.

P. 21, lin. penult. del. *Aquila* et legatur ΦΙΛΙΠΠΟC. *Aeneus.*

Ibid. lin. ult. *leg.* pro *Aeneus,* Aquila.

P. 49 lin. 18 l. 1643.

P. 59, l. 4 l. NVNC EBNERIANIS.

P. 87 lin. 26. *del.* Nic. Hahn, 1482. lin. antepenult. l. in Bibliotheca Ebneriana additaſque habet (uid. pag. 222.)

P. 175 lin. 6 l. paginae habent. lin. 21 l. Venetus.



P. 223 lin. 18 l. cartam.

P. 248 lin. 23 l. Rot.




ΖЄЄΠΛΟΓΗЄΟΝ
ΤΟΝΖΟΥΧΙЄΤΟΝ
ΙЄΡΟΝΥΜΟΝΙϹΝΟΙΚΙΑΝΑΥΤΟΥ



Joh: Seb: Leitner sc.



J. W. Stör sc. Norib.

3.

Joh: Seb: Leitner. sc.



÷ ξ́ϙς

ἐλιπ'
ἀ
π,
ο
τ
ο
λ
ε
ματθαῖε
μ,
α
χ
α
ρ̈
μόνη ὢ
χ ῶ ή κο
λ
ο
γ
θ
η
ς
ας
π,
ο
θ
ω,





Joh: Sebast: Leitner. fc.

ιον ἡ θεία χάρις,

τιθνσιν
ά
ἄλ
λη
ν.
ἄρρα γε
φάτην
π,
ε
τρ
αν:
υἱὸν οὐ
τ
ὸν
ν
χ
ε
προοι
μ
ι
ω
ν,





ἰφων:

⁘ μωροῦσιν ἤξις΄

ὥστὸν
ἀμνὸν
τ̀
ἐ
κ̀
ζ
θ
ε
ἀνθρω
π
ο
ν
λόγο
ν,
ἅπασι
λαμ
π
ρ
ῶ
ς
κ
ν
ρύξαστε
ξ
τ
ρ
ά
ψ
α
ς

Joh: Seb: Leitner. fc.

ἑαυτὸν ἁγιάη :-



ΝΕ ΤΟῩ ΚΩ͂

ἐ
πι τ
ἠρ
ρ
α
α
σ
α
σ,
ἑαυτ
χ,
α
ρ
ι
η
ὅθεν
τεβ ρ
τϊ
σ
α
σ
ά
π
α
σανκτ

ταις

J. S. Leitner sc.

πάσ:

8.








J. S. Leitner. sc.



10.









11.
J. S.t Leitner fc.

12.



J. S. Leitner sc.



13.



IMAGINES SVPER VITRO SPISSO, PICTAE AVRO ALIOQVE VITRO SVBTILIORE OBDVCTAE.



EX SVPELLECTILI ANTIQVARIA HIERONYMI GVILIELMI ET IOHANNIS CAROLI EBNER ab ESCHENBACH.







